

95-1

(1)

No. Caja
A-15

2

L 89

del Colegio de la Compañia de Jesus de Granada. Ba
B. 30139



ILLVSTRISSIMO AC RE
VERENDISSIMO. D. D. IOANNI A

Toleto, cardinali Burgenfi, ex ordine præ
dicatorum assumpto suus frater
Dominicus foto, S.



ON SATIS REI PHISICE ME ADMO
dum fecisse arbitror, antistes reuerendissime, nisi commen
tariis sup Aristotelē, quæ amplitudini tuæ dicaui, volumē
hoc disputationum adhibeo: quibus quæsito & responso
res amplius explicata, quantum meum fert ingeniū, elu
cidetur. Nā cum dubitationis solutio, authore Aristote
le, veritatis sit inuentio, mirabilem quandam habet ratio
hæc differendi indagandæ veritatis energiam. Enimue
ro ratiocinatum animal homo verbo scicitādi, ytrum,
suapte natura excitatur, & sese ad respondēdum exacuit.

Atqui nec ferrum aut aurū, nisi cōtinenti motatione po
litum, splendere vnq̄ potest: neq; ea que ambigua sunt & abstrusa, nisi ingenio
rum congressu vltro citroq; iactata, collucere. Quamobrem, natura certe magi
stra, philosophorum antiquissimi, hunc modum philosophandi excogitarunt.
Quem deinde Plato informauit, Aristoteles collimatū exhibuit, & posteri hacte
nus obseruauerūt: ac demum theologi ante quadringētos hinc annos iure & me
rito susceperunt: id plane intelligentes, q̄ quæ patres, doctissime quidem & co
piosissime, sed tamen diffuse scripserant, aliter in ordinem, certamq; sententiarū
seriem redigi atq; cōcludi neutiq; possent. Quo circa mirari satis nequeo, cur hu
ius ætatis nonnulli, alioquin scientiarum cultores, hanc quæstionibus interrogan
di disputādīq; formā eiectā esse atq; ab re literaria penitus explosam velint. Fateor
equidem (id quod inficias ire nemo potest) sophismatibus propemodum infuitis
nulliusq; momēti tricis ac nenijs, rationem hanc disputandi hisce retroactis tempo
ribus indigne fuisse obtenebratam, & pene in barbariem versam: sed nunquid, si
oculi optalmia laborant, continuo sunt cerebro eruendi? ac non potius arcenda cor
rigendaq; rheumatis exuberantia: vt qui infirmi in causa erant doloris, sani vsui
esse possint? Est modus in rebus. Ita profecto portenta illa verborum reuelli est
operæ precium, vt tñ nō simul eradicetur & triticū. Tamen neq; integrū nobis fuit,
quæ missa fieri poterant, vniuersa refecare, quo minus tempore nonnulla concedere
remus: neq; profecto in re physica eam semper & rerum & verborum grauitatem
seruare possumus, quin captui nos multorum accomodantes, aliquando nos ad
minora summitamus. Accipe ergo præsul clarissime, bipertitum opus
physicum, quod tui nominis autoritate protectum: in
lucem audet fidenter prodire:.

Vale:.

in fol. disot & de juri tom 1

Reuerendi patris Dominici

Soto segobiensis theologi ordinis praedicatorum in inclita
salmanticensi academia professoris super octo libros
physicorum Aristotelis questiones.

Prologus.



Dest opus alterū:

quod in ipso statim frōte cōmen-
tariōrū super octo libros phisicōrū
Aristotelis polliciti sum⁹: nempe
vt questionū volumē adhiberemus,
quod id qd breuitas illi⁹ modisq;
expositiois nō sinebat) maiora dubia
differam⁹. In qua quidē disputatiōe
nihil mihi amplius auctoritatis arrogari
uolo, q̄ si eorū q̄ cumq; dixerō, aut
Aristotelis testimonio, aut argumē-
tis naturali ratione profectis, fidē
fecero. Liberū tantū lecto: rē de
preco: sane qui in vba magistri nō
a deo iurauerit, vt pluris auctorū
nomina aestimet, q̄ pōd⁹ rationū
perpendat. Eo praesertim q̄ nominaliū
realiū q; diuersa nomina in opinio-
nibus penitus de vniuersalibus,
et fere de distinctionibus methaphisicis
locū habent: in reliquis vero que
ad naturālē phisicā attinēt, non est
cur hec factionū symbola fouere cō-
tendamus. Horum hec dixerim, ne quis
scripta nos nostra scholis tantūmodo,
s. Thom. a comodare putet. Quim-
potius vt in dialecticis, ita et hic
cunctis in vniuersum cuius quicq;
studiosis consultū in diximus. Eni-
muero (vt nūq; non hoc admonemus)
scire quid, s. Thomae aut cuiusuis
auctoris habeat opinio, absoluta
sciētia non est: sed tum omnino
quippiā nos scire existimādū
nobis est, cum rationib⁹ id ex rei
causis accersitis habuerimus
persusum. Haud verū tamē vitio
mihī verēdū est, si in phisicā. S. Thomā:
cui citra inuidiā de hac re primas
deserunt, ego etiā p̄p̄modum
auscultauerim. Ea modo lege, vt
eius, nō nuda auctoritate nitamur,
sed vim roburq; argumentorū
expendamus. Nā superstitiosam
illā pythagoricorū religionē, quibus
pro rerū assertionē satis erat, q̄
magister dixisset, abeataz iure
esse voluit, maior q̄ Pythagoras,
Augustinus epist. 19. ad Hieronimū.
quippe vbi hanc legē p̄scripserit,
vt p̄ter canonicos libros, et ecclesie
caholicē auctoritatē, nemini q̄ntāz
sanctitate aut doctrina polleat,
tā tū deferamus, vt nōm quicq;
putem⁹, qz ipse ita scilicet: q̄ten⁹
id, aut p̄ canonicos auctores, aut
p̄babilī ratione psuadere petuerit.
Igitur, vt rē tā dē diuino fauore
auspicemur, de iis que in prologo
cōmentariōrū sup̄ libros phisicōrū
dixim⁹, nempe phisicā nālem
sciētia esse dē ente mobili
speculatiuā, mouet p̄ma q̄stio

Questio prima.

Utrum philosophic naturalis,
que speculatiua scientia est,
subiectū sit ens mobile.



Parte negativa arguit. Et primo contra id quod titulus primū
supponit, phisicā. s. naturālē esse
sciētia. Sciētia omnis aut
necessaria mortalibus est,
aut saltem vtilis: nam auctore
Aristotele

te in prologo metaphi. omnis hō suapte natura scire
desiderat: et naturalis hominis inclinatio, nisi ad bonū,
esse non potest: at cognitio rerum naturalium nec ne-
cessaria nec vtilis est: ergo nō ē sciētia. Probatur mi-
nor, finis vltim⁹ hominis est cognoscere deū cognitio-
ne illa que nos ad visionem ipsius perducat, sed illud
Joan. 17. hec est vita eterna vt cognoscāt te. cog-
nitio vero rerū naturalium parū aut nihil ad hoc cōducit:
quippe cū plurimos rusticos bonos esse videam⁹, plu-
rimos q; contra phisicos, esse prauos: quod Paulus ad
rom. 1. testatur dicens. Philosophos illos gētilēs sciē-
tiarū naturalium plenos, deumq; naturali lumine cog-
noscentes, nō sicut deum glorificasse. Quinimo vt ip-
sorum id phisicorum testimonio cōprobem⁹, p̄ter Dio-
genē in vita Socratis, Cicero etiā lib. 1. acade. ques-
tio. co. (quit) Socrates phisicā naturali neglecta ad mo-
ralem se se transfudit, quod celestia. i. celozū et eozūq;
sub illis continetur, natura, aut procul est a cognitio-
ne nostra, aut si maxime esset cognita, nihil tamen ad
bene viuendum conferret. Et confir. i. argū. q̄ non
solum phisicā naturalis ad bene viuendū non proficit,
sed sit etiā p̄nitiosa. Regantibus. n. patrē et filiū in di-
uini personis esse distinctas eiusdē essentie/ deū verum
vere esse hominem/ corpus christi in hostia latere/ vir-
ginē parere incorrupta manēte/ mundū esse ex nihilo
creatū/ alia q; id genus, phisicā hec omnia dissuasit, coq;
rerū naturas videantur contraria: cū tamē sint supra,
nō contra naturā. Unde apostolus ad colosen. 2. Vi-
dete (inquit) ne quis vos decipiat p̄ phisicāz et inanē
falsitiā: secundū traditionem hominum secundū elemen-
ta mundi etc. vbi Hiero. contra phisicos (inquit) loquitur
quozū omnis pene disputatio de elementis est. Unde. 1.
corinthio. 1. illud sciat Esai. 29. P̄terdā sapiētia sapi-
tum et prudentiam prudentium reprobabo: adiūgēs,
q̄ stultitiam fecit deus sapiētia huius mundi, quia nō
cognouit mundus per sapiētia deū. Et. 2. confir.
phisicā et sciētia iste naturales dicuntur ortū habuisse
se eo tempore quo septē illi sapientes athenis flores-
rent: si tamen res fuisset tam necessaria, nunq; deus p̄-
mississet vt tot antea seculis fuissent homines huiusmo-
di sciētiarū ignari: s. Secūdo principaliter argui-
tur q̄ phisicā non sit sciētia. Sciētia. n. nō est nisi eozū
que non possunt aliter se habere. i. post tex. 5. vnde in-
fert illic Arist. tex. 4. Sciētia nō est sensualium ob-
iectozum. phisicā vero vt asserit in hoc prologo lo-
menta. est de rebus sensibilibus, et per consequens est
de rebus mutabilibus et que possunt aliter se habere.
v. g. de ortu et occasu et coniunctione astrozū, que nō
sunt semper s; certis temporibus, et possunt defice-
re vt patet in fine mundi: et de eozū defectibus, p̄ tā-
ta q̄ hieme sint frequentes pluuie, q̄ in state sint ardē-
tes soles, q̄ homo nascatur bipes et similia, q̄ nō nōq;
deficiunt: ergo phisicā non est sciētia. Et confir.
ex ipsis antiquis phisicis, ne in hac ratione Hieroclius et
Cratylus. quos. 4. metaphi. tex. 22. Arist. cōmemorat,
negabant sciētia in vllam rerum naturalium esse possi-
bilem; q; videlicet res sensibiles continuo motui essen-

8. tex. 21. ca. 7.



subiecte. Unde Socrates y tlib. r. academicarū qst. refert Cicero, inde maxime Socrates pte alijs omnibus Apollinis oraculo sapiens enunciatus est, q nihil se scire dixit, nisi hoc ipsum qd nihil sciebat. Et qui vt Lactantius li. 3. adnotauit, ppter ea Phythagozas noluit sapiens, sed sapientie studiosus appellari, quod intellexerat cognitionū rerū naturalium non esse scientiam. Quod reuera veteres ipi phire ipsa testant: qui de rebus naturalibus tam varia tanq̄ diuersa placita & commenta dixerunt, vt satis comprobauerint, nullam habuisse veram scientiam. **T**ertio principaliter arguitur contra alterum intitulo suppositum. s. Phisicam esse scientiam speculatiuam. Scientia practica est illa que nos dirigit ad operandum vt habetur. 3. de anima tex. 49. et. 2. meta. tex. 3. sed talis est phisica: ergo phisica non est scientia speculatiua, sed practica. Probatur minor: primo quia phisica est de obiecto operabili, est. n. de his que in nobis fiunt, atq̄ adeo aliqua pars eius est de natura actuum et habituum intellectuum et sensuum, qui in nobis generantur: q̄ in libris de anima posita est. Et preterea quia phisica ostendit nobis deum esse primam rerum causam vnde nos nostraq̄ pcedent, nosq̄ natura esse mortales: que quidem cognitio in contemptum rerum et amorem dei, atq̄ a deo ad recte operandum allicere nos potest. **E**t confirmatur argumentum. Medicina est pars quedā phisicū quia huius subiectum est corpus sanabile, quod est inferius ad corpus mobile: tum etiam quia tractat de naturis herbarum, de corporum complexionem et similibus nālibus: et ideo vbi definit phisicū, incipit medicus, de se suo et sensato cap. 1. sed Medicina censetur a doctoribus esse practica, vt docet. s. Tho. opus. 70. q. 5. arti. 1. sup Boetium: ergo et phisica est scientia practica. **Q**uarto principaliter arguitur. Phisice non est vnicum subiectum: ergo titulus supponit falsum. Antecedens probatur: quia alias sequeretur phisicam esse vnam scientiam, q̄ vt habetur. 1. post tex. 43. et. 4. met. tex. 2. exynitate obiecti sumitur vnitatis scientie: consequens tamen est falsum: nam Phisica idem est quod scientia naturalis: sed res de quibus tractant et Metaphisica et Mathematica sūt res naturales: ergo phisica comprehendit sub se methaphisicam et mathematicas, & per consequens non est distincta ab illis. vt prologo comētariorum dictum est. **E**t confirma. Phisica est vt distinguitur a Metaphisica et Mathematicis tractat, nō solū diuersas conclusiones, sed res diuersissimas. s. de mā & motu, dloco, de celo & anima &c. ergo cōstat ex pluribus habitibus: et per consequens nō est vna, sed aggregatum ex pluribus habitibus. **E**t confir. 2. Phisica continet in se multas opiniones, vt an elementa maneant formaliter in mixto, an sit possibile infinitū, an intellectus fiat per radicationem in subiecto &c. et tamen non potest vnicus habitus esse scientia et opinio: ergo phisica non est vna scientia. **Q**uinto principaliter arguitur. q̄ ens mobile nō sit subiectū huius scientie. Ens nō est genus vt in principio predicamentorum ostendimus, quia est analogum: ergo non est simpliciter vnus cōceptus: et per consequens non potest esse vnū subiectum. **E**t confirmatur si ens mobile esset subiectus phisice, sequeretur q̄ Phisica esset aut pars metaphisice, aut saltem illi subalterna: nam si ens mobile accipiatur loco vnus conceptus simplicis absoluti, tunc ens mobile est inferius quiditate ad ens: et per consequens Phisica est species metaphisice, sicut scientia de triangulo est Geometria: si autem mobile sit condicio accidentalis que additur enti, tunc phisica est subalterna metaphisice, sicut perspectiua que tractat de linea visuali est subalterna geometrie que tractat de linea: vt vtrunq̄ tamen est falsum, cū sit ex equo diuisa phisica in metaphisicā & phisicā. **S**exto tamen et postremo arguitur. Corp⁹ mo-

bile, cōgruēt⁹ ponit subiectū phisice q̄ ens mobile: q̄ ens mobile nō est subiectū. Probatur antecedens. **P**rimo quia si ens mobile ponatur subiectum, sequitur Phisicam tractare de intelligentijs, quippe que sint entia mobilia localiter: cōsequens tñ est contra Arist. 2. phy. tex. 26. vbi ait considerationem phisicam non extendi vltra formas que sunt actus corporum: quare intelligentiarū cōsideratio nō est metaphisica nisi quaten⁹ sunt orbium motrices que quōdammodo pertinent ad phisicam. **E**t. 2. probatur aūs. **A**hor⁹ et quies est prima passio Phisica: q̄ subiectū talis pme passionis est subiectum talis scientie: sed subiectus ad eam motus est corpus, vt patet ex Aristote. 6. phy. tex. 32. vbi probat omne mobile esse diuisibile, et per consequens corpus: ergo corpus mobile potius q̄ ens mobile ē subiectum huius scientie. **Q**uod hic Lōm. insinuat, dicens res sensibiles esse materiā huius scientie. **E**t. 3. confirmatur idem antecedens quia in tota phisica non tractatur nisi aut de corporibus aut de pertinentibus ad corpora: sicut de celis, mixtis, et de elementis, de anima in quantum est actus corporis, de motu in quantum est eius passio: de materia et forma, non certe in quantum sunt entia mobilia, sed in quantum sunt principia entis. i. corporis mobilis. **S**ed in contrarium est Arist. qui sexto meta. tex. 1. Phisica, inquit, est circa id genus entis in quo principium est motus & quietis: et lib. xi. c. 3. Phisica speculatio de ente est, non prout ens est, sed prout motu participat: ex quibus locis alijsq̄ similibus colligitur ens mobile esse subiectum Phisice.

Supernacaneū diximus tot hic que

stiones preemiales, quot i dialectica, multiplicare: ne spe an philosophia naturalis sit necessaria, an sit scientia, an sit vna, an sit speculatiua. In introitu enim illic rationalis scientie necessarium fuit vniuersos hos terminos exponere, quos subinde non opus est hic iterato repetere. Et suppositis terminorum illinc expositionibus, quas quicumq̄ libuerit reuifere potest, ad hec omnia quinq̄ conclusionibus iuxta ordinem argumentorum que posita sunt respondebimus. **P**rima conclusio. Phisica naturalis est homini et suapte natura et ad eius finem consequendum necessaria. **D**upliciter namq̄ (inter alias acceptiones) diximus illic. q. 1. accipi necessarium. s. et intrinsece ex natura rei, sicut homini necessarium est esse risibile et ratione finis, vel simpliciter ad illū adipiscendū, sicut cibus ad vitam: vel ad comode consequendū, sicut equus ad iter. **P**robatur ergo cōclusio in primo sensu. **O**mne illud ad quod hois natura integra et incorrupta proprie inclinatur est illi intrinsece necessariū: sed rerum naturalium cognitio est ex huiusmodi inclinatione naturali: ergo est illi necessaria. **A**d hoc constat ex illo. 1. meta. omnis homo naturaliter scire desiderat. **U**bi quantum fert mea opinio nō exprimit q̄libet appetit⁹ nālis hois, vt sunt comedere ambulare, et reliq̄ q̄ sunt hois nālia: aut tāq̄ media ad seruandā vitā, aut tāq̄ officia vite: sed exprimit vltim⁹ finis hois, vt quemadmodū vltimus finis grauium est descendere ad centrū: et leuiū, est ferri sursum in quibus locis quiescunt, ita vltimus finis in quem hominem natura produxit, est, vt rerum veritates agnoscat. **Q**uod vel vsus ipse satis testatur cum cognitio effectu quocūq̄, suapte natura hō cupit cognoscere causā: ppter admirationē enim suo ingenio ceperunt homines philosophari. 1. meta. capit. 2. **H**ec tanto moles impetu ad centrum tendit, quāto hō ad cognitionē ppenditur veritatis. **H**inc natura magistra, phi, qui hoc nomine digni censentur, in rerum contemplatione summam felicitatem collocarunt, vt. 10. ethi. c. 7. & 8. author ē Arist. **U**nde manifeste constat non esse hominibus tam naturalis et necessarius appetit⁹ ridendi, q̄ sciendi. **D**oc

r. cōclusio
phisica e
necessaria

Quisio dei
beatitudo

sepe soleo argumento vti in confirmationem huius qd hominis beatitudo in visione potius diuine essentie, qm in amore consistat. Vltia enim hominis felicitas idem est quod eius vltimus finis: sed finis vltimus hominis est scire, qui tunc satiabitur, cum in deo omnia viderit: ergo videre potius deus est essentia beatitudinis, qm cum amare. Quod preterea confirmatur: nam beatitudo consistit in dei comprehensione iuxta illud apostoli. i. ad corinth. 9. Sic currite vt comprehendatis: sed inter potentiam cognitiuam et appetitiuam hoc interest, qd cognitiua est apprehensiu obiecti, appetitiua vero potius trahitur et tenetur ab obiecto amato, qm teneat ipsum: ergo in actu potius intellectus tenentis deum: consistit beatitudo iuxta illud August. lib. de vita beata. Beatus est qui deum habet. Addiderim nec abs re verbum hoc ad comparandum finem vltimum hominis esse scire. Hoc tamen differt inter philosophos illos qui reuelatione Christi seruatois nostri no fuerunt digni, et nos christianos, qd illi, non cognoscentes felicissimam illam super naturalem rerum cognitionem in verbo, felicitate collocarunt in contemplatione naturali dignissimarum substantiarum. s. intelligentiarum, vel in hoc seculo, qui aliam vitam non cognouerunt, vel qui aliam crediderunt, in seculo vltimo. Fides vero et veritas nra e, qd vltimus finis et hois felicitas in intuitiua illa contemplatione dei, vbi omnia cognoscuntur, consistit. Sed arguis: quid ergo ad rem ad probandum philosophiam esse hominibus naturalem: Respondeo: philosophiam rerum naturalium esse hominibus naturalem, non tanq vltimum finem, sed tanq medium ad illum consequendum. Unde notanter ait Aristoteli, qd omnis homo naturaliter scire desiderat: non hoc aut illud, sed res vniuersas. At vero. 10. ethico. dicitur felicitatem vltimam consistere, non in rerum veritatis inquisitione, sed in rerum potius iam in ventarum contemplatione. Hinc facile probatur secunda pars conclusionis, nempe qd philosophia ad finem hominis. s. dei vtram cognitionem et amorem conducat. Naturale enim est hominibus per cognitionem effectiuam ad cognitionem causarum peruenire, quod Paulus ad rom. i. affirmat, dicens, inuisibilia dei per ea que facta sunt intellecta concipi: sed philosophia naturalis nihil aliud est qd rerum, que sunt effectus dei cognitio: ergo illa confert ad cognoscendum deum. Ad hos namqz duos vsus mundus creatus est, et in dominium hominibus traditus. Primum vt eius ministerio vita hominis alatur et conseruetur: et preterea vt eius contemplatione in dei homo et noticiam perueniat, et amore alliciatur. Per cognitionem enim motus venit Aristoteli. in cognitionem vniuersae prime cause aqua hominum vita suspensa semp est: et ex intellectus operatione, que a materia non pendet, cognoscitur anima esse immortalis: et ex magnitudine celorum, eorumqz affluentia bonorum que in subsidium huius vite mortalis nobis diuina prouidentia largita est, ratiocinari possumus, qd sint incomprehensibilia, que in vita illa immortalis preparant diligentibus se. Que pfecto, plurimamqz alia que longum esset recensere, homines qui modo supra non essent, in amorem et obsequium vniuersae dei satis pellicerent. Et hoc est de quo Paulus philosophos reprehendit, nempe qd cum deum cognouissent, non sicut deum glorificauerunt. Adde qd obueniunt mortalibus a philosophia naturali multa alia comoda. Nam cognitio herbarum, temporum et complexionis humane, medendis corporibus appime confert: aliarumqz multarum rerum cognitiones ad alios sunt hominum vsus maxime vtilis, vt Valerius maximus li. 8. et hic Lom. et Themiſ. commemorat. Accedit ad conclusionis confirmationem qd de primu parente nullo omnium scientiarum genere ornatum creasset, si scire

entie rerum naturalium non tam essent mortalibus necessarie. Hinc apud philosophos tam multis philosophia laudibus passim effertur. vnde Cicero lib. i. tusculana. quest. philosophiam ait donu esse aut inuentu deorum, et lib. 5. Vite inquit philosophia dux, virtutis indagatrix, expultrixqz vitiorum, non modo nos, sed nec omnino vita hominum sine te esse potuisset. Et Seneca ad Luciliu lib. 2. epistola. 16. Philosophia nos fieri debet, hec adhortabitur vt libenter deo pareamus, vt fortune contumaciter resistamus. Nec docebit vt deum sequaris, feras casum. et lib. 14. epistola. 91. deorum (inquit) immortalium munus est, qd vltimum, philosophie autem qd bene viuimus: vnde tanto plus philosophie qd dijs debere mus, quanto maius beneficium est bene viuere qd viuere, nisi et philosophia ipsa munus etiam esset deorum. Loquitur autem Stoicorum more de philosophia, que studium et sapientie et simul virtutis est: quas adeo coniunctas esse censebant, vt nomine sapientie, virtutem intelligerent. Et qui Aristoteli. 10. ethi. per phiā inquit hoies sese immortales faciunt: cuius delectationes firmissime sunt et purissime: quippe cum de rebus sint, et incorruptilibus, et a sensibili materia abstractis. Quia propter qd ad nihil aliud sine studiu philosophie vtile esset, at propter se tamen esset supra humana omnia exercitia expectandum. In suma Lom. hic per hyperbolem affirmat nomen hominis equiuoce dici d sapiente et de eo qui ad sapientiam ineptus est. Nec solum ab ethnicis testimonia petere possumus, cum Salomon ille rex cui deus quid peteret pollicitus est, nihil aliud qd sapientias postulauit: qua proinde pro oibus mortalibus diuinitus donata est: de cuius subinde laudibus duos prouerbiorum ac sapientie integros libros composuit. Meruntamen quo amplius conclusio elucidetur, respondetur ad primum principale argumentum. Cui negatur philosophiam non conducere ad rei cognitionem: nam si philosophi in lumine naturali deum non glorificauerunt, non fuit ex defectu scientie, sed quia affectiones illorum excecauerunt illos et impedimento fuerunt ne deum, sicut cognoscebant, colerent. Et hoc docet apostolus. Quia ratione modo et sapientissimos christianos prauos esse contingit, si prauus dignus est sapientie nomen. Et qd conuerso rustici, maxime nunc inter christianos deum et cognoscunt et colunt, id certe fidei catholice debetur, que breuissimo compendio tradit nobis veram et supra naturalem cognitionem dei, quam philosophia naturalis non attingit. Quocirca ita intelligamus conclusionem, vt quis singulis personis no sit necessaria philosophia, sit tamen necessaria reipublice: nempe vt sint aliqui scientijs naturalibus instructi, qui reliquos sint populo velut oculi. Ad confirmationem primam respondetur, qd philosophia naturalis ad cognitionem eorum que deo, in quantum creaturarum principius est, conueniunt, simpliciter est vtilis: puta ad cognoscendum qd sit vnicus deus, cui creature obsequiu debent, et alia id genus: tamen ad miseria fidei, et multu christianis conducat, qui fidei reuelatione illuminati sunt, tñ illis quibus fides non erat infusa, aut non erat in ea firmi impedimento fuit in primitiua ecclesia ad recipiendam fidem, propterea quia que Christus supra cognitionem naturalem predicauit, contra naturam esse putabant. Et inde hereses puillarunt: atqz adeo phi naturales hac de causa apud scos male audiunt. Ad sedas confirmationem qua petitur scientiaru ortus. Hec hanc sibi gloria arrogarunt, vt inuictores se scientiaru predicarent. Unde dialecticam dicunt ortu habuisse a Zenone et pfecta fuisse a Platone. Phiā vero moralem a Socrate, que Cicero lib. 5. tusculanaru quest. e celo eam de vocauisse asserit. Phiā vero nalem a Thalete vno ex septem sapientibus, que Aristoteli. i. meta. c. 3. huius phi principium

Philie enim
comium.

Philie pp
se expecten
da.

Ad. i. prin
cipale.

Quomo
do neces
saria.

Ad. i. phi

Ad. 2. co
fir. Phi
ortus.

Philie nec
cessaria.

Ad duo
phia neces
saria.

Phorum
capita.

3 ph. 4

Deinde Zeno
qui princeps

Stoici.

Aca. pbe
ri. et sto.

appellat. Quam postea Pythagoras auxit, vt ibidem cap. 5. habetur. Unde vt. s. Tho. illic electione. 7. sed la tius Diogenes lib. 1. explicat, duo fuerunt antiquitus phie initia et capita: alteru Ionicum a Thalete sic de nominatum, qui fuit Ionicus a Mileto: alterum ve ro italicum a Pythagora, qui vt Cicero lib. 1. tuscul. quest. refert, regnante Tarquino superbo in Italiam venit: illamqz oram tenuit, que magna grecia tunc di cebatur, modo autem Calabria et Apulia. In secta Pythagore successerunt Xenophanes, Parmenides, Xenocrates, Leucippus, Democritus, vsqz ad Epicu rum. In secta vero Thaletis successerunt Anaximander, Anaxagoras, Socrates. A quo tres iam indece lebres vie hoc modo deriuatae sunt, Plato namqz disci pulus fuit Socratis. In quo desijt iam nomen Ioni cum et cepit academia vetus, a nomine Gymnasia quod legebat. Tamen si a Socrate existiment aliqui nome academie inceptisse: nam potissimu dogma, quod acad emicie ascribitur, est illud Socratis, qz nihil continet scire. A discipulis vero Platonis Xenocrate et Aristotele, vt lib. 1. acad. quest. commemorat Cicero, ce pit Diuisio academicorum et peripateticorum. Nam Xenocrates cuz in eodem gymnasio successisset, nome retinuit schole, vt. s. eius discipuli dicerentur academi ci. Arist. vero qui in Liceo cepit docere, nomen serua uit de ambulandi, quo modo docebat Plato: atqz a deo dictus est peripateticus, quod est de ambulanti uis. Unde, vt inquit illic Cicero academici et peripa tetici solo nomine in principio differebat. Alter disci pulus Socratis fuit Antisthenes cui successit Diogenes ille cynicus mudi contemptor. Qui fuit tertie fec te. s. stoicorum: cui successit Crisippus. Dicti sunt stoi ci ab / stoa / stoss / quod est porticus, legebat namqz Zeno in porticu poecili. Diogenes vero laer. lib. 7. in vita Ze nonis dicit fuisse coeuiu et auditorem Xenocratis. Ho rum potissimum dogma fuit qz nulla cadit in sapientie passio: nam sapientes appellabant eos tantum qui ha bebant virtutes in gradu heroico: quam viam constan tissime secutus est Seneca. Hac ergo ratione tres vie academicorum, peripateticorum, et stoicorum, separa te sunt. At vero vt ad scientiarum initium et ortum redeamus, quemadmodum Iosephus aduersus Ap pionem lib. 1. et Eusebius de prepa. euang. lib. 10. egre gregie demonstrant, scientiarum inuentio non a gre cis, sed a caldeis et hebreis quin potius a deo per Ad am dimanauit. Cum enim Adā tanqz nature caput omnium scientiarum plenus fuisset creatus, verissimu le est in eius semper posteritate semen fuisse scientia. Unde vt Verofus lib. 3. auctor est, Moē postqz ar me nos scientijs et virtutibus instituit, Italia venit: qua etiam humanarum et diuinarum cognitionem docuit. Cui Iano appellato antiquissimum tēplum pacis post multa tempora Rome dedicarunt. Lulus filius Saturnus scientiaruz deus, habitus est. Unde solem nis illa religio perpetui ignis in tēplo Vestē postea or tū habuit. Hā vxor Moē / Mesta / appellabatur. Et quia iudeis, vt patet leui. 6. solemne erat, vt ignis perpetu us nunqz in altari deficeret, inde fingerunt Vestā fuis se deam que hunc ritum puellas suas docuit. Hoc em modo gentiles fabulas suas et ritus ex sacra hystoria confingerunt, vt recens quidam bonus auctor in sua philosophia perenni docte et copiose disserit. Postmo dum vero Abraam, et deinde Moyses in egiptum pe grinantes, astrologiam aliasqz scientias eos docue runt. Quapropter hystorographi ab Egiptijs con sentiunt astrologiam emanasse. Unde Diogenes in vi ta Thaletis ab egiptijs asserit eruditum esse precepta geometrice. Et lib. 5. idem affirmat de Pythagora, nē pe qz patria relicta litterarum amore egiptum petijt et apud caldeos conuersatus est, ibiqz philosophiam

edoctus. Et libro tertio in vita Platonis idem affir mat de Platone, videlicet qz in Egiptum ad prophe tas sacerdotesqz se recepit, studiorum gratia quod iti dem in prologo biblie Hieronimus retulit. Quamob rem certum est grecos ab egiptijs et caldeis, qualis fu it Abraam et Moyses, litteras recepisse. Patriarche n. illi multo antea fuerūt in egipto qz septē sapiētes fui sseti Grecia: nā sapiētes, vt refert in de tēporibus Lu febius ab olipiada trigessima octaua, vsqz ad quinqz ges simā floruerunt, nēpe sexcentos annos ante aduentu z Christi, post diluuiū thesalicū sub Deucalione, quod multo post tempora Moysi deleuit totam Greciam. Sed dicunt illi sapientes inuentores scientiarum, vt Themistius ipse grecus hic etiam meminit, quia post illud diluuium studium philosophie in grecia instaura uerunt et excitarunt. Nec plusculis qz institueram verbis dicta sint, vt qui philosophiam profitentur, de um intelligentes et authorem primum scientiarum, et naturalium, fuisse, et vltimum esse earum finem sci ant. Philosophiam aliasqz nāles scientias nisi ad dei amorem et cultum dirigantur, nihil aliud esse qz vnā ex vanitatibz que sub sole sunt, et laborē et afflictionē spiritus, vt sapientissimus ille Ecclesiastes conciona tur. Sed tunc admodum esse vtiles: si qui sapientie a timore domini initium sumant, vt creaturarum cons templatione ad amorem creatoris excitati, ad eius tandem felicitatem perueniant.

Secūda conclusio. Physica est ve re et proprie scientia. Contrarium fuit dogma acad emicorum, vt modo dicebamus, inter quos fuit Hera clitus. De quo themate Cicero scripsit academicas qz stiones, et August. libros tres composuit aduersus aca demicos, quibus conclusionem hanc nostram demō strauit: nempe qz sit possibilis scientia etiam rerum na turalium. Supponatur hic vsqz ad quintam conclu sionē, nomine rerum naturalium intelligere nos cor pora hęc sensibilia, vt celos, elementa, et mixta. Item ex secunda questione proemali super dialecticam et ex 2. latius. post. q. 1. supponamus nomine scientie intelli gere habitum conclusionis necessarie per demonstra tionem acquisitū, videlicet quo cognoscimus conclu sionem et ei⁹ causas. Tunc pmo probatur cōclusio au thoritate Aristo. qui. 1. post. tex. 21. ait qz scientia nō est corruptibilem per se sed per accidens, quales sunt res naturales: et. 3. phy. tex. 24. ait qz sciētia naturalis nō sa turat circa magnitudines, motum, et temp⁹: et. 2. me taphis. tex. 3. ait qz philosophiam, scientiam veritatis appellare, recte se habet. et lib. 4. tex. 23. irridet Hera clitum et alios negantes scientiam rerum naturaliu: et tandem lib. 6. tex. 2. diuidit scientiam contemplati uam, in methaphisicam, phisicam, et mathematicas. Et probatur pretere ratione, primo quia vt habe tur. 1. post. tex. 5. et in hoc libro tex. 6. scire est rei causas vsqz ad prima principia cognoscere: sed rebus natura libus cōueniunt passionē qz ex proprijs rei causis p cedunt: ergo res naturales sunt vere scibiles, et per cō sequens illarum potest esse scientia. Secundo. De mathematicis est scientia certissima, vt qz omnis trian gulus habeat tres angulos equales duobus rectis, &c. sed tam necessarium et perpetue veritatis est homi nem esse animal, aut ignem suapte natura esse calidum: ergo istorum est etiam scientia proprie. Item tertio, vt videtur arguere Aristo. 4. metaphi. aduersus Heraclitum. Si aliquid obstat quomin⁹ de rebus naturalibus possit esse scientia, maxime quia sūt mutabiles, et quando res mutatur id est acquiritur, tunc non est, sed hoc non obstat: primo quia si res tunc cum mutatur non est sub illa forma ad quā mutat, iā hoc est scibile, qd non sit, et quod mutatur: immo p se

2. cōclusio
Phisica
scientia.

ut ostendat
ad scienciam
pertinens esse
transmuta-
tionem

cto tñ scibile est, res istas sensibiles, esse mutabiles, q̄ i
telligentias esse immutabiles: et p̄ cōsequens sicut de
immutabilitate scientiarum potest esse scientia, ita
de mutabilitate rerū, itaq̄ obstat rationi scientie tota
lis q̄ habeat admixtas aliquas opiniones, vt. q. citata
sup̄ dialect. meminim⁹, et conu. 4. statim dicitur sum⁹.
Et p̄terea de celis manifestū est esse scientiam, cum
nō sint naturaliter mutabiles generatione aut corrup-
tione aut alio motu q̄ locali. ¶ Unde ad. 2. principa-
le respōdent recētores Dialectici q̄ scientia quāq̄ sit v̄
reb⁹ corruptilib⁹ p̄ime intentionalis, est tñ de incorru-
ptilib⁹, scēde intēctio alit. i. de ppōnib⁹. Attū. 1. post. tex.
2. aperte mōstrauimus hunc modū loquendi nō satis
consequi mentē Aristoteli. Itaq̄ q̄uis ita sit. s. scientiā na-
turalē esse de propositionib⁹ necessarijs tanq̄ de obie-
cto immediato, tamē est de rebus tanq̄ de obiecto pri-
cipali. Et maxime quia isti non censent hanc proposi-
tionem / omnis ignis est calidus / et similes esse necessa-
rias, nisi in sensu modalī, qd̄ Aristoteli. nunq̄ somniauit.
¶ Mens q̄ ei⁹ illic est q̄ scientia est de incorruptilib⁹
per se, corruptilib⁹ vero per accidēs. i. de reb⁹ qua-
tenus per intellectū abstrahuntur a singularib⁹, et sūt
vniuersales. Que quidē vniuersalia, in quātu⁹ abstra-
cta, non sunt corruptibilia: sed in quantum sunt in sin-
gularibus, vt prima questione de vniuersalibus super
Porphir. exposuimus. ¶ De illis vero q̄ sol oritur / sol
occidit, et de coniunctionib⁹ siderū / iam dixim⁹ primo
post. q. 2. ad. 3. argm. et q. 3. ad. primū q̄ est scientia d̄ il-
lis, eo q̄ naturaliter ista nō possunt deficere quin cer-
tis tēporibus contingāt. Et de pluuijs et alijs natura-
libus. s. q̄ tales talibus tēporibus contingant etiam ē
scientia proprie: nam ad certitudinē scientie satis est
q̄ regulariter ita contingat, licet aliquando possint d̄
ficere. Intra latitudinē. n. proprie scientie, vt illic adno-
tauimus, sunt diuersi gradus certitudinis. Quod ex-
presse docet Aristoteli. 2. meta. tex. 16. Certitudinem. n. in-
quit non oportet in cunctis querere, sed in his que nō
habent materiaz. Quasi dicat. In naturalibus scien-
tijs que non abstrahunt a materia et motu, nō est tanta
certitudo quanta in mathematicis: que abstrahunt a
materia. ¶ Et per hoc patet ad primā particulam con-
firmationis. In hoc. n. Heraclitus et Cratylus decipie-
bantur, q̄ nō abstraherant vniuersalia a singularib⁹:
cū tñ debuissent considerare q̄ quīs res ipse in singu-
lari sint mutabiles (quicunq̄. n. homo nascitur et mori-
t et quodcunq̄ mirum generatur et corrūpitur, sit q̄ mo-
do calidū et modo frigidum, et tamē q̄ homo sit risibi-
lis / et q̄ ignis sit calidus / et semper sunt perpetue veri-
tatis. ¶ Hinc itē colligitur respōsio ad illud qd̄ tāgitur
in. 1. arg. s. q̄ scientia nō sit sensibiliū: qd̄ p̄ter Arist. loco
citato, et aseruit August. lib. 83. q. vbi ait q̄ nō est expe-
ctāda sinceritas vitatis a corporis sensib⁹. Cui⁹ ratio
est q̄ a sensu multe fiunt deceptiones. Iudicamus. n. p̄
sensum solem esse minorem tota terra, baculum cuius
medietas est in aqua esse fractum, hostiam consecratā
esse panē, immo demon pōt multas illusiones causare,
vt cū i intēctatione sub forma hominis apparuit, qui tñ
non erat homo: et per magicas artes pōt fieri vt res ap-
pareant vere, que tamē sunt solū apparentes et ficte.
¶ Non equidem necessarium est ad solutionem argu-
menti exponere quomodo sensus non fallitur circa pro-
prium obiectum, vt visus circa colorem, nisi forte aut
ex alteratione medij aut organi vt. 2. de anima tex. 152
autoz est Aristoteli. vbi id nos explicabimus: sed abunde
ad argumentum respondetur, q̄ solum probat de sensi-
bilib⁹ non esse scientiam ea sola ratione qua cadunt
sub sensu. i. in q̄ntū sunt singularia. Itē. n. habem⁹ scie-
ntiam q̄ hoc est panis, aut homo aut alium aut nigrū:
quia potest aliter esse, aut per miraculum, aut arte de-
monis, aut ex alteratione medij aut organi: sed tas-

Ad. 2. pri-
cipale.

Scientia
d̄ incorru-
ptilib⁹.

Ad cōfir.

Sensibiliū
non est sci-
entia.

men est scientia in vniuersali, q̄ homo est risibilis, q̄ pa-
nis nūrit et. et ita colligit. s. Thom. 1. p. q. 84. articu-
6. q̄ hec fuit necessitas intellectus agentis, vt. s. a phā-
tasmatis. que non sufficient ad generandum scien-
tiam, abstraherentur species intelligibiles que res vni-
uersales representarent, de quibus est scientia. Et hoc ē
quod dixit Arist. sensibile non esse scientiā. Itē. n. ne-
gauit, quiz sensuum aduiniq̄ulum necessariū sit ad ac-
quirendas scientias: immo. 1. post. tex. 33. dicit q̄ defici-
ente sensu necesse est deficere scientiam illius sensibilib⁹,
et lib. 2. tex. 8. dicit q̄ non possumus cognoscere quod
quid est proprie nisi earū rerum quarū per se habemus
sensationem. ¶ Ad vltimam particulā confirmationis
qua arguebatur phos antiquos raras habuisse rerū
veritates: qua de causa Socrates physicam deseruit,
respondetur. quod ante Platonem et Aristotelem, ge-
nus humanum in scientijs naturalibus erat sicut in-
fās, quando homines potius allucinabantur ad verita-
tem, q̄ illam attingerent: ob idq̄ innumeros habue-
runt errores tan de principijs naturalibus q̄ de felici-
tate morali. ¶ Plato vero et p̄sertim Aristoteli. quantum
naturale ingenium valuit, phiam ad verum exegerūt.
At vero nāles ingenij vires anteq̄ lūmē fidei nobis irra-
diaret nō fuerunt sufficētes rerū naturas penetrare.
Cum. n. scientie ēt naturales a deo deriuentur, iuxta
illud psal. 4. signatum est super nos lumen vultus tui
domine, non sufficient sine lumine fidei veritatē etiā
naturalium attingere, nisi multis erroribus admixtis
Et tideo Arist. non potuit cognoscere mundum habuis-
se principij, et alia id genus plurima. Et hac ratione
Lactantius lib. 3. eleganter ostendit illos phos ante lu-
men christi non habuisse perfectas scientias.

¶ Tertia conclusio. ¶ Phisica est scien-
tia speculatiua. Conclusio expressa est Aristoteli. 6. met.
tex. 1. vbi p̄missa distinctione inter scientiam specula-
tiuam et practicam, speculatiuam subseq̄uat in Beta
physicaz, ¶ Phisicam et Mathematicas. Et q̄ phisica
sit speculatiua probat illic Aristoteli. ex natura speculati-
ue scientie. Scientia. n. speculatiua et practica (vt cita-
tum est in tertio argumento) differunt sine. s. q̄ practi-
ca est propter opus, speculatiua vero solum propter ve-
ritatem contemplandam: sed phisica nō ordinatur ad
opus: quia finis eius est cognitio et contemplatio ve-
ritatis: ergo est speculatiua. Adinorem probat illic Ar-
istoteli. quia rerum naturalium principia sunt in seipsis et
non in nobis, et tideo non sunt a nobis operabilia. ¶ Phis-
cipium autem rerum artificialium et moralium est in no-
bis, atq̄ a deo sunt a nobis operabilia, et per cōsequēs
eorum scientie sunt practice. ¶ Ad cuius notitiam ve-
dere quicunq̄ potest que in quarta questione proemia
li super dialecticam copiose de hac re diximus. Hunc
vero satis est verba Aristoteli. exponere. Ad hoc ergo vt
scientia sit practica non satis est q̄ obiectū eius sit res
factibilis, vt illic exposuimus, alias omnis scientia crea-
turarum esset practica, cuz omnes creature sint facti-
biles a deo: sed requiritur q̄ sit factibilis a nobis: et hoc
est quod ait Aristoteli. q̄ principium talium rerum artifi-
cialium non est in ipsis, sed est ars que est in nobis. ¶ Prin-
cipium autem rerum naturalium est in ipsis met reb⁹.
Si enim statuam ligneam viridem subtus: et ram con-
das, non nascetur inde status, sed lignum: quia natu-
tura ipsa ligni sufficit generare lignum: statuam autē
solus homo facit. Hinc est q̄ scientia de statuā est pra-
ctica, cognitio vero ligni est speculatiua. ¶ Homo enim
potest cognoscere naturam ligni, non tamen facere lig-
num. Quinimo licet deus daret nobis facultatem faci-
cēdi lignū, non possem⁹ percēctiā quā habemus id fa-
cere, qz nō docet modū faciēdi lignū. Dico q̄ nō possum⁹
facere res nāles, nisi aplicādo actiua passiuis: aial. n.

Lumen
dei ad phi-
sophiaz
necessariū

Tertia cō-
clusio phi-
sophiaz
speculati-
ua.

Scientia
prac. et spe

generat animal ponēdo semen in loco apto ad generationem. Ideo autē non distinguntur scientia practica et speculatiua, nisi solū ex parte finis. Respectu. n. re- rum q̄ sunt vel erunt dicitur sciētia practica, sed res- pectu earū q̄ nunq̄ erunt dicitur mere speculatiua. Si- mili ratione phiā moralis est practica, quia est de re- bus cuius principiū est in nobis. i. de operabilibus a nobis. Principiū. n. moralium actuum est electio. Sicut .n. ars facit opus bonū. i. laudabile secundū intellectū, ita et electio facit opus bonū et laudabile moraliter. Et ideo Arist. 2. ethi. cap. 2. dicit phiā morale nō esse solū contēplationis gratia, sed vt boni efficiamur. Le- tera d̄ sciētia speculatiua et practica. q. citata satis di- cta sunt. ¶ Unde ad tertiu principale argumētū nega- tur minor. s. q. physica sit scientia practica: et ad pri- mam probationē respōdetur, q. q̄uis alique res natu- rales generent in nobis, vt habitus et actus intellectus, tamen physica nō tractat de illis in quantū operabiles a nobis. Quē admodū. n. physica considerat naturam nutritionis, augmentationis, et generationis: nō qui- dē docendo quo modo nos illa faciamus, sicut ars scri- bendi docet scribere, sed tradendo diffinitiones et de- monstrando passiones earū, ita et physica est de habitibus et actibus nostris, nō modo operatiuo, sed modo speculatiuo. Phiā moralis et physica tractant de actibus et habitibus nostris. s. de temperantia, fortitudi- ne, intentione, relectione etc. diuersimode tamen: quia physica tractat de illis speculatiuo modo. s. q. habitus est difficile mobilis, actus vero facile mobilis, q. inten- tio sit in intellectu etc. phiā vero moralis tractat de illis practice in quantū ex electione operamur secundū re- gulas virtutis: vt. s. operemur scientes et eligentes et propter talem finem: et ideo physica est speculatiua, et moralis, est practica. ¶ Ad. 2. probationē, q. cognitio rerū naturalium allicit nos in amorem dei, responderet credo Scotus. 4. q. prologi concedendo subinde q. sit ~~speculatiua~~: nā simile dicit de theologia quantū ad il- las veritates speculatiuas: deus est vnus: deus est tri- nus etc. Nilominus neganda est consequentia: nō. n. satis est ad rationem scientie practice q. mediate eius cognitio excitet voluntatem ad amandum rem: nam tunc cognitio speculatiua de natura auri, aut de natu- ra cuiuscunq̄ dlectabilis tibi, esset practica, quod cer- te est falsū: sed requirif q. ipsa sciētia sit de re operabili et mō opabili. i. q. p̄ se mediate doceat opari: qd̄ physice non cōuenit. ¶ Ad cōfirmationem respōdetur cum s. Thom. opusculo citato in argumēto, q. medicina nō continetur sub physica sicut species sub genere, vt sciētia de triangulo continetur sub ~~mathematica~~, et scientia de plantis, sub physica: q. corpus sanabile vt est subie- ctum medicine, nō est inferius quidditatiue ad corpus mobile. Corpus. n. sanabile a natura est species corpo- ris naturaliter mobilis, sed corpus sanabile ab arte ē subiectum medicine. At vero quia ars nō est nisi auxi- lium nature, hinc est q. physica tradit propter quid cō- clusionū medicine: et hac ratione medicina subalterna- tur physice. Et hoc est quod ait Arist. de sensu et sensa- to, videlicet q. physici desinunt in cōsideratione corpo- ris sanabilis a natura, et inde medicus incipit sumere sua principia quib⁹ arte sanet. Et ideo nihil obstat q. physica sit speculatiua, et medicina in parte sit practi- ca. Habet. n. medicina duas partes, vna que est cogni- tio nature herbarū et cōplexionis humane, et illa est spe- culatiua et pars physice: alia vero est que docet applica- re medicinas ad sanādū p̄ arte: et hec est practica.

terea probatur: q. vnitas sciētie, vt citatū est in. 4. ar- gumento, sumitur ab vnitate formalis obiecti, sicut vni- tas potentie: sed physica, quecunq̄ tractat, cōsiderat sub vnica ratione mobilis, vt questione sequenti palaz- fiet: ergo est vna scientia. ¶ Et confir. q. ridiculū pro- fecto esset dicere q. sint diuerse phiē, illa q̄ tractat d̄ ma- teria et illa que tractat de forma, et que tractat de mo- tu et que tractat de loco etc. sicut ridiculū esset dicere q. alia est Geometria que tractat d̄ linea, et alia que trac- tat de superficie aut de corpore: et alia que tractat d̄ tri- angulo et alia que tractat de q̄drangulo: et q. in phiā mo- rali alia esset temperantia que precipit abstinere a car- nibus, et alia que precipit abstinere a vino, quātūuis obiecta differant specie. Docet. n. Arist. 5. meta. tex. 7 (quod recētiorez parum considerāt) aliquide esse vnu in vno genere, quod est plura in alio: vt domus est plura in p̄dicamēto substātie. s. plura ligna et plures lapides: et tamē est vna in p̄dicamento qualitatis, puta vna domus: et decem homines sunt plures in genere substā- tie, tamē in genere quantitatis sunt vnus numer⁹. Et eodem modo albedo et nigredo sunt plures spēs in ge- nere qualitatis, et tū conueniūt in vna ratione visibi- lis: quia. s. eodem modo immutāt potentiā, et per conse- quens ab vna potentia percipiātur. Ad hunc ergo mo- dū dicendū est de obiecto scientie, q. videlicet q̄uis res q̄ considerāt in physica sint plura in p̄dicamento sub- stantie aut qualitatis aut quātitatis, cōueniūt tamen in vna ratione scibilis: quia considerātur sub ratione mobilis. Et ideo simpliciter et sine addito, physica ē vna scientia. Que tamen secundū diuersas species motus distinguitur in diuersas partes. s. in libros de celo, d̄ generatione de anima etc. At vero libri physicorum nō cō- distingunt ab alijs tanq̄ species distincta, vt aliqui pu- tant, sed habent se ad alias partes sicut consideratio rei mobilis in vniuersali ad considerationes diuersorū mobilium in particulari. ¶ Ad. 3. q. p̄ contes an intel- ligamus physicam, saltim que pertinet ad libros phy- sicorum, ita esse vnam scientiam vt sit vnica simplex q̄- litas, is consulat questionem nostrā tertā proximā super dialecticā, vbi id ample tractauimus. Et forsā est vnica simplex qualitas propter rationes illic adue- tas. At vero quidquid sit siue sint plures siue vna qua- litas, nihilominus vnus simpliciter vna scientia et vn⁹ habitus: sicut q̄uis vnus esset plures res, esset nihilominus simpliciter vnica potentia. ¶ Unde ad. 4. argū. quanq̄ sint qui dicant phiā naturalē posse esse gen⁹ ad mathematicas et metaphisicā, nihilominus hoc ne- gatur. Phiā. n. naturalis idem est quod physica: vnde phiā naturalis nō dicitur quia tractat de re naturali, sed q. tractat de re naturali in quātū est res naturalis, .i. ea ratione qua habet in se principiū motus: hac. n. ratione dicitur ens mobile: metaphisica vero et mathe- maticē tractāt de rebus naturalibus, sed nō ea ratio- ne qua habent in se principiū motus. Enimvero cum scientiarū diuisio (vt. q. 3. proe. super dialecticam, et. 1. post. q. 7. adnotauimus) sumenda sit ex diuisione obies- cti ea ratioe qua est scibile. i. in quātū sit quodāmodo immateriale, sicut intellectus ipse, cuius est obiectū, est immaterialis: et immateriale fiat per abstractionē a materia et motu, sequitur vt secundū diuersos gra- dus abstractionis obiecti distinguant diuerse scientie. Sunt autem tres gradus abstractionis et immateria- litatis vt. 6. meta. tex. 2. et in. 11. c. 6. docet Arist. . nam aliqua sunt entia a materia separata, nō solū secundū considerationem intellectus, sed secundū rem, vel quia nulle taliū rerū possunt esse in materia, vt de⁹ et intel- ligente, vel quia non vniuersaliter sunt in materia, s. indifferenter se habēt ad res materiales et immateria- les, vt/ substantia/ens/et similia: et de his omnib⁹ tra- ctat, metaphisica, cuius subiectū adequatum est ens.

Ad. 3. prin- cipale.

Practica

Ad cōfir. de medicina

Geometria

Vnica simplex.

Ad. 4. prin- cipale.

Physica, Beta. Athe.

Tres g. d⁹ immā.

Quarta cō- clusio. Physica ē vna scientia.

¶ Quarta conclusio. Physica est vna scientia. Conclusio hec colligitur manifeste ex Arist. loco citato. 6. meta. vbi distinguit physicam tanq̄ vnā scientiam contra metaphisicā et mathematicas. Et p̄

iectum, et nō corpus mobile, nō accepit/ens/tanq̄ ali-
 quid in supponendo superi⁹ ad corpus, vt cōprehēde-
 rit materiā / vel formā / vel accidens, sed tanq̄ superius
 in significando. s. q̄ ens mobile, non in quantū corp⁹,
 sed in quantū ens, est subiectū physice. Cuius ratio est
 Subiectū scientie est id quod tanq̄ notissimū supponit
 in tali scientia, vt. s. post. tex. ij. habet: corpus vero mo-
 bile/nō supponitur tanq̄ notissimū in physica, sed ens
 mobile: ergo/ens mobile/est subiectum, et non corpus
 mobile. Adinorem probat. S. tho. ex. 6. phys. tex. 32.
 vbi pbat Arist. omne mobile esse diuisibile, et p conse-
 quens esse corpus. Sed offert se statim argumentus
 q̄ Arist. nō probat corpus mobile esse in rerū natura,
 sed id solum q̄ omne mobile est corpus: imo corpus mo-
 bile esse in rerū natura est p sensum notissimū, et p conse-
 quens nō pbatur/corp⁹ mobile/nō esse subiectū. Cuius
 notandū est q̄. S. tho. nunq̄ somniauit. (vt quidaz op-
 pinantur) q̄ corp⁹ mobile esse in rerū natura pbatur
 ab Aristot. immo certo sciebat hoc esse sensu notissi-
 mum. Sed ratio. s. thome consistit in hoc. Subiectū sci-
 entie est illud de quo tanq̄ notissimū supponitur in ta-
 li scientia esse primū fundamētum et rationē omnium
 passionū que demonstrant in tali scientia, nam subiectū
 est vnde immediate fluunt passionē, et per cōsequens
 est fundamētū totius scientie (vt. q. 5. proe sup dialecti-
 cam ex positū est) sed motus et quies est prima et poti-
 sima passio de qua physice cōsiderat: ergo illud est sub-
 iectus in physica de quo tanq̄ notissimū supponitur
 esse subiectū et rationē mot⁹: supponit tñ tanq̄ notis-
 simū q̄ oē qd mouet est ens, nō tñ supponit, sed pbat q̄
 oē mobile est corp⁹: ergo/ens mobile est subiectū poti⁹
 q̄ corpus mobile. Cōfir. hec ratio. Motus diffinit.
 3. phy. tex. 6. q̄ sit actus entis in potētia, et nō dicitur q̄
 sit motus corp⁹: motus mobilis: ergo formaliter loquendo
 ens est subiectū motus, et per cōsequens subiectū physice.
 Cū nō videoz mihi cōsentire euz dño Laetano
 in suo opusculo d subiecto scientie, q̄ requiratur ad ra-
 tionem subiecti, q̄ exprimitur p subiectū et accidens,
 q̄ tale accidens sit cōuertibile cum tali subiecto: naz li-
 nea visualis est subiectū per spectiue, et numerus sono-
 rus subiectum arithmetice, tñ nec visuale / cōuertitur
 euz linea, nec sonoz / cum numero: est. n. aliqua linea q̄
 non est visualis, et aliquis numerus qui nō est sonoz:
 sed satis est q̄ tale accidens illi soli subiecto cōueniat,
 licet nō omni. Immo si illud esset necessariū, sequerē
 q̄ ens mobile/non esset subiectum physice: quia aliqua
 sunt entia, que nō sunt mobilia, vt deus et intelligētie.
 Est verumtū hic vnum argm̄ quod illic Laic. obscu-
 rioribus verbis format. Si ens mobile esset subiectus
 physice, sequerē q̄ passio ipsa de qua physica conside-
 rat includeret in ratione subiecti, cōsequens est falsuz,
 quia ratio subiecti tota p̄supponitur in scientia, pas-
 siones vero non supponūtur, sed demonstrant. Sequela
 tñ patet, qz mobilitas ē passio de qua tractat physica.
 Nec satis est respondere q̄ mobilitas, vt dicit aptitu-
 dinem ad motū, est ratio subiecti, physica autē solum
 cōsiderat de motu. Non inq̄ hoc plane satisfacit: nam
 physica nō solum tractat de motu: sed de mobilitate:
 nam moueri nō est passio, sed mobilitas, cuius effect⁹
 est motus: sicuti scientia de homine nō tractat de risu
 solum, sed de risibilitate. Propter argumētū res-
 pōdet Laic. q̄ mobile vt est subiectū, nō dicit aptitudi-
 nem, sed fundamētū mobilitatis. Ad profecto expit-
 care vir pōt quid sit. Res tñ est clarissima: nec opus est
 in istas angustias incidere. Et enim cū dicimus ens mo-
 bile esse subiectum, nihil aliud intelligimus, q̄ ens na-
 turale. i. ens habens in se naturam q̄ est pncipiū mot⁹.
 Et certe hoc tanq̄ notissimū supponit physica esse.
 Ex his sequitur primo q̄ non est opus hic distingue-
 re (vt aliqui discipuli. S. thome distingunt) qd duplex est

subiectum physice: aliud. s. totalitatis seu cōtatis: et
 illud est ens, quod (vt dicunt in recto predicatur de to-
 to mobili et de eius pncipijs et accidentibus: et alijs
 est subiectum pncipale: et illud est corpus, de quo pnci-
 paliter physica cōsiderat. Nec inq̄ delectio non est
 necessaria: qz ens mobile, vt est subiectū, iam ostensum
 est, non esse superius in supponēdo ad corpus: nec sup-
 ponere pro pncipijs et accidentibus: s; sola ratio esse
 in significādo superi⁹. Et hac de causa. s. tho. licet hic
 vbi erat questio de ratione formali subiecti, dixit ens
 mobile esse subiectum, tñ vbi cunq; loquitur materiali-
 ter de subiecto physice, asserit illud esse corpus mobi-
 le / vt patet. p. q. 84. ar. 1. in argumento / sed contra, et
 de verit. q. 14. ar. 8. ad. 16 argm̄. Sequitur secūdo q̄
 ens mobile nō accepit hic vt discipuli isti scēi tho. iunio-
 res (alias egregie docti) existimant, vedelicet pro cō-
 posito tam substantiali, vt est hō, q̄ accidentalī, vt est
 aggregatū ex corpore et albedine, pro quo aggregato
 dicunt supponere ly album. Lmmvero q̄uis aggrega-
 tum ex homine et albedine sit ens per accidens, vt ait
 Arist. 6. meta. tex. 4. tñ nūq̄. nec ipse / neq; aliquis phy-
 losophus admisisset q̄ album supponeret pro illo ag-
 gregato: nam illud nō est ens simpliciter, sed entia, al-
 bum vero est ens, solum pro corpore supponens, qd h; al-
 bedinē. Unde sicut illud aggregatū nō est corp⁹, vt
 illi fatentur, ita nec est album. Est. n. album nomē de-
 nominatiuū, qd proinde nō supponit / nisi pro re cui in-
 est albedo. Et preterea aggregatū illud nō soluz nō
 est album, verū neq; ens simpliciter / s; solū h; qd: atq;
 adeo / ens mobile / qd est subiectū phie, nō verificat sim-
 pliciter d illo. Qua de cā Arist. loco citato dixit ens p
 accidens nō esse subiectū scientie. Accipit ergo hic ens
 mobile pro substantia mobili, que est corp⁹ directe po-
 situm in predicamēto substantie. Nulla me certe cupi-
 dido tenet / aut concertādi / aut cōparatione alioz glo-
 riam aucupādi: obidq; q̄ fuerit possibile, paucissimos
 citabo, cum quibus contēdam. Erit tñ nōnunq; neces-
 sariū adnotare aliquas opiniohes extraneas, q̄ pbam
 exofam faciunt. Ad quantū ergo argm̄ negatur pmo
 q̄ ens non dicat vnum conceptū: etenim / vt. q. 1. super
 4. cap. predicamētoz explicauim⁹, nihil vetat ens esse
 analogum, et nihilominus simplici cōceptui subordi-
 nari. vnde Arist. ipse vtrūq; simul asserit. 4. meta. et q̄
 ens sit analogū, et q̄ sit nihilomin⁹ subiectū metaphy-
 ce. Sed secūdo dicimus, q̄ hic non est subiectū fm totam
 analogiam, sed vt dicitur de substantia mobili. Ad
 confirmationē respōdet q̄ physica nec ē pars subiecti-
 ua. i. spēs metaphysice, neq; illi sub alterna. Ad hoc. n.
 vt sit pars subiectiua, requiritur q̄ cōtineat sub eadē
 ratione scibilis: sicut scientia de triangulo est pars ma-
 thematicæ, qz sciētia de triangulo abstrahit a materia
 sicut geometria. Attamē ens, vt est subiectū metaphy-
 sice, abstrahit a materia et motu, quomodo nō abstra-
 hit / ens mobile / et ideo nō est directe inferius ad ens in
 ratione scibilis. Erit tñ hoc mō scientia de celo / aut de
 generatione, pars subiectiua physice. Itē ad rationē
 subalternationis requirunt duo. Primum q̄ subiectū
 scientie subalterate sit accidentaliter inferi⁹ ad subie-
 ctum subalternatis. i. sit contractū per accidēs, quod
 sit extra essentiam illius subiecti (quod. i. posterio.
 cap. 7. super tex. 20. explicauimus) vt visuale / contra-
 hit lineaz ad subiectū per spectiue. Attamen ens qd est
 subiectū metaphysice est de intrinseca quiditate cuius-
 cunq; rei: siue sit substātia / siue sit accidens, vt. q. 1. su-
 per cap. 4. predicamētoz adnotauimus: et ideo / ens
 mobile / nō est accidens oio extraneū ab ente, vt faciat
 subalternationem scientie. Secūdo / requirit ad rationē
 scientie subalterate q̄ eius pncipia probentur a scientia
 subalternate, vt. i. post. sup. tex. 23. expositum est: s;
 tñ pncipia physice nō pbant in metaphysica (nisi qua

musica

Ens mo-
bile.

Non ē du-
plex subie-
ctum.

Ad. 5. pnci-
pale.
Ens dicit
vnu cōcep-
tum.

3. 2. 1. 2. 3.

1. 2. 3. 4. 5.

3. 2. 1. 2. 3.

tenus metaphisica est generalis scientia) qz physica re soluit / sua principia vsq; ad immediata et p se nota sen sui. Ad sextū deniq; argm̄ responsū est in. 5. conclusiōe, cur corp^o mobile nō ponatur subiectū physice. At vero primā probationem in cōtrariū assumunt Scoti ste in fauorē conclusionis. Probant inq; ens mobile / esse subiectū physice, potius q̄ corp^o mobile, eo q̄ physica (inquit tractat de intelligētis, que sunt qdē entia mobilia, non tñ sunt corpora. Ratio tñ vtrinq; premis sam habet falsam. Eniz vero intelligētie nō sunt entia mobilia motu physico: cum mot^o physicus mēsuratur loco et tpoze, a quibus tñ angelus, cuz sit in corpore nō dependet. Sed mouent angeli motu discreto inde penderent a loco: pōt em̄ esse hic et immediate post hoc in loco distanti sine transitū p medium: qd̄ alterius est negotij disputare. Qui quidē mot^o nō est physic^o. Nec intelligētie tunc mobiles alio ḡre motus physici. Quā obrem falsum ēt est q̄ physica tractet p se de intelligentijs: sed tota ei^o consideratio terminat ad aīas, que est actus corporis, vt. 2. phys. videbim^o: q̄ si tractet physica de intelligentijs, non est p se, qz sunt mobiles, sed ad explicandū naturā mobiliū celoz quoz ipse sunt motrices. Quia ratione tractat ēt. s. hpy. de primo motore. Ergitur ad argm̄ negat sequela. s. q̄ si ens mobile / sit subiectū physice, tunc physica tractet p se de intelligentijs: nam q̄uis sint entia, non tñ sunt entia physice mobilia. Ad scdā probationē, quiddā sit de ratione corporis, an illa sit fundamentū et ratio, vt res mobilis, tamen nō est hoc ita manifestū sub ratiōe corporis, quin aliqua manifestatione indigeat: et ideo ponitur / ens mobile / subiectū cum per se sit manifestissimū omne mobile esse ens. Ad Comēta / vero respondet q̄ dicit / res sensibiles esse subiectū nō sollicitus de ratione formalī subiecti, sed qz in rei veritate sole res sensibiles sunt entia mobilia. Ad tertiā probationē cōceditur q̄ tota physica nō tractat, nisi d̄ corporib^o: nō tñ inde sequit^o q̄ ratio corporis sit manifestissima ratio mobilis, sed id solum q̄ nullū est ens mobile, nisi sit corp^o. Sequitur in textu caput primum. Hoc. n. vt in prologo Comētoz admonuimus, obseruandū est: nempe in cui^o questionis sine fiat ad cōmenta remissio.

Text. I. Manifestum est.

Questio secunda.

Utrum modi pcedendi: quos Arist. proponit a principijs ad cōposita et ab vniuersalibus ad particularia: sint cōmodi.



Arguitur pmo aduersus partem affirmatiuā. Conclusiones due Aristotelis sibi ipse repugnāt: ergo altera earū est falsa. Probatur antecedens. Principia rei sunt notiora nature, nobis vero minus nota, vt p̄z primo auctoritate Comēta. comēt. 3. et secundo auctoritate Arist. tex. 4. vbi ait totū notius nobis esse q̄ partes: et tertio experientia, qz sensui p̄us sese offert totum q̄ partes: nature vero, simpliciora sunt notiora: qz a simplicibus principijs procedit ad cōposita, sed in scdā conclusionē asserit Arist. a notioribus nobis, nature vero minus notis, incipiendū esse: ergo nō est inchoandū in physica a cognitione principiorū, vt asserit p̄ma cōclusio. Et confirmat argm̄. Si incipiendum esset a cognitione principiorū, id maxime esset (vt dictū est in expositione primi text^o) vt seruemus naturę ordinem, sane que a principijs ad cōposita procedit in rerum pductione: sed hoc nō: ergo. Probatur mi-

nor: quia ordo cognitionis cōtrarius est ordini productionis, Qd̄ enim est primū in cognitione, est vitimū in pductione, vt. 2. phys. videbimus: artifex nāq; prius p̄ponit facere domū, lz in operatione a fundamētis incipiat: et ideo. xi. meta. cap. j. doceat q̄ finis est primū mouens. Scdō pncipaliter argu. Si a cognitione pncipiorū esset inchoandū, id esset p̄sertim qz cognitio totū p̄cedet cognitione pncipiorū, elemētōz, et causarū. vt Ari. pbat: sed hec rō assumit falsū: ergo rō cōclusio est falsa: Probatur minor. Si illa ēēt v̄a, sc̄q̄ref q̄ nulla res naturalis esset naturaliter cognoscibilis: quod est falsū, nam cum res naturales create sint finite entitatis, et ens sit obiectum intellectus, omnes sunt a potentia finita, et p̄consequēs naturaliter cognoscibiles. Sequela tñ probatur. Quęcunq; res habet infinitas ptes quantitas, et hō (in via Aristotelis) dependet ab infinitis hominibus. s. a patre, auo, proauo / et sic in infinitum: infinita aut nō possūt cognitione naturalit̄ cognosci: g. Qd̄ fideas illa esse infinita principia p̄cedens: quoz p̄o inde cognitio non est necessaria ad cognitionē rei, arguitur aliter. De homine et de quacunq; re dicunt in finita predicata essentialia: nam inter quęcunq; duo predicata pōt assignari perfectio media, vt. a. que sit p̄fectior q̄ natura hominis, et in perfectior q̄ natura animalis, et. b. mediū inter. a. et animal. Itē possūt multiplicari infinite passiones et p̄prietates, et sunt infinita alia accidentia / et effectus que possunt conuenire homini: que omnia requirunt ad p̄fectam rei cognitionem: que tñ cum sint infinita, nō possunt cognosci. Et id maxime patet de fine hominis, que est causa per se ipse, tamen nō pōt naturaliter cognosci: cum constat aliquo supra naturalī, puta in visione di. Immo vero cum deus et intelligentie / et sol / et orbes celestes / omnes sint horū inferiorū per se causa: sequitur quū la creatura harum inferiorū posset cognosci, quin cognosceretur natura dei et omnium celoz et supra celestium: et p̄consequens nulla posset esse scientia rerum naturalīū, vt dicebat Iheracitus. Et confirmat. Sequitur q̄ scientie mathematicę, quas Arist. vbiq; appellat scientias certissimas, nō essent p̄prie scientie: nam vt diximus in expositione textus primi, nō demonstrāt nisi solum per causam formalē, que abstrahūt a materia. et sic per scientiam mathematicā nō cognoscere p̄fecte natura trianguli, cum non sit cognitus quo ad omnes eius causas. Tertio pncipaliter arguitur contra secundā conclusionē. Cognitio nostra incipit a sensu: sed singularia sunt sensibus propinq̄iora, q̄ vniuersalia: ergo singularia sunt nobis magis nota et ab illis inchoandū est: quod Arist. expresse asserit. i. poster. tex. 5. vnde. i. de aīa tex. 8. vniuersale (inquit) aut nihil est aut posterius est: ergo cum hic doceat ab vniuersalibus incipiendū esse, non solum falsum, sed cōtra se ipse loquitur. Quarto pncipaliter argu. aduersus eādēdem. Vniuersalia sunt nobis cognitu difficiliora, eo q̄ sunt a nostris sensibus remotissima, vteff sensū Arist. i. meta. cap. 2. ergo falsum est q̄ vniuersalia sunt nobis notiora. Et confirmat. Si vniuersalia essent nobis notiora, sequeretur eadē rōne q̄ quanto essent vniuersaliora tanto essent notiora, et p̄consequēs concept^o entis, qui ē oīuz vniuersalissim^o, esset primus quem debemus conciperemus: consequens est falsū: ergo et aīas. Probatur minor. Vniuersalia sunt ab intellectu per abstractionē a singularibus: ergo quanto sunt propinq̄iora singularibus facilius abstrahunt, et quanto remotiora, difficili^o. Quinto pncipaliter tādē argu. cōtra illam propositionē in tex. 2. s. q̄ nō sunt eadē nobis nota, vt dicit. 2. conclu. sed eadē sunt et notiora nature: ergo eadē sunt nobis notiora et nature. Probatur inchoat. Ea sunt notiora nature, vt ait cōmentator, a quib^o

b^o natura incipit operari, ideo principia sunt illi notiora, s^z natura incipit operari ab uniuersalibus: pri^o. n. embrio uult uita plate, mox uita animalis, et tãdẽ uita hominis ut habet. 2. degene. animal. cap. 3. ergo aial rotius est natura q̄ hõ, sicut et nobis. **Et confir.** Color notior est nobis q̄ species uisibiles, que producuntur per mediũ cum species ipse nõ sentiatur, l^z sint instrumenta quibus colorem sentimus: et idem color et est notior nature q̄ sp̄s, cũ color sit causa specierũ. **Et confir.** 2. In mathematicis eadem sunt nobis et nature notiora vt 1. post. q. 2. ad notauimus: nam p̄ncipia illa / a quolibet puncto in quodlibet punctũ lineam ducere / et super quãlibet lineam triangulũ cõstitueret / sicut sunt notiora nature conclusionibus inde illatis, q^z sunt causa illarum, ita et sunt nobis notiora, quia sunt simpliciora et sensib^o magis manifesta: ergo non est uniuersaliter conclusio uera. s. q̄ q̄ sunt nature notiora sunt nobis min^o nota, **In contrariũ est auctoritas.** Arist. qui tex. 1. statuit p̄mũ ordinẽ a p̄ncipijs ad cõposita, et tex. 4. scd^o ab uniuersalioribus ad minus uniuersalia.

De hac questione multi multa dicunt, etiam ex doctoribus scholæ. S. thome, que uera forsan esse possunt, nobis tamen, preter q̄ q̄ sunt proluxa, et plusq̄ metaphysica: a drcm parum pertinere uidentur. Quod ergo ad mentẽ Arist. et ueritatem exponendam fatis est, sex conclusionibus subiicitur.

Supponendũ est in primis ex textus expositione q̄ Arist. in 1. cap. primi libri, nõ loquitur q̄ principijs aut causis secunde intentionaliter et posteriori iustice, quales sunt premisse respectu conclusionis (hoc. n. alterius est negociũ) sed solum loquitur de obiecto scientie et eius principijs a quibus realiter dependet. **Incloquitur de uniuersalibus aut particularibus propositionibus,** ut in lib. perhier, sed solum de cognitionibus quibus res confusse magis / aut distincte cognoscuntur. **Intendit. n.** ut illic dicebamus, statuere duos ordines quibus tradenda est doctrina de aliqua re. **Prim^o** spectat ad res de quibus est scientia: ut. s. cognitio incipiat a consideratione p̄ncipiorũ rei de qua traditur scientia: scd^o uero spectat ad ordinẽ cognitionũ: ut uidelicet qui doctrinam tradidit, incipiat prius p̄ noticias magis uniuersales et cõfusas. Quam ob rez duo erunt articuli in hac. q. **Prim^o** erit de primo ordine: qui habebit tres conclusiones: et scd^o de scd^o, qui habebit item tres. **Hoc** supposito incipiendum est a materia quarti et sequentiũ argumentorũ / quibus petitur que sint nobis notiora, et que sint notiora nature: unde tota materia p̄det.

Et prius de notioribus nature Paul^o uenetus et se re expositores respondent aliquid esse not^o nature qua dupliciter. Uno modo illud est notius nature qd scd^o naturam est magis cognoscibile: et sic perfectiora sũt notiora nature. **Et hoc mō ait Arist.** 2. meta. tex. 1. q̄ sicut uespertilionũ oculi ad lumen diei, ita et intellectus anime nostre se habet ad manifestissimã naturẽ. **Secũdo modo illud est notius nature,** quod est principali ter intentum a natura. **Et hoc modo species est notior q̄ genus:** quia natura non intendit animal producere nisi intendendo aliquam certã sp̄m, **Tertio mō est not^o nature illud qd pot cognosci sine alio.** Quẽadmodũ ait Arist. 5. meta. tex. 16. illa esse priora que possunt esse sine alijs et non eõuerso. ut principia possunt intelligi sine composito et genus sine specie. **Quarto modo illa dicuntur prius natura,** a quib^o natura incipit operari. **Et hoc modo ait hic Lomenta.** tex. 3. q̄ principia sunt notiora nature q̄ cõposita, et minus nota nobis. **Primo modi q̄ uis lucide sint collecti,** tamẽ uidentur ad libitum multiplicati: nam certe nihil aliud est magis notum esse nature, q̄ esse notius scd^o naturam, ut nomen ipsum pre se fert. **Atqui id quod est notius secun-**

dum natura, eo modo quo est notius, est pri^o intentũ a natura priusq̄ cognoscibile. **Et preterea quia tertio et quartus mod^o uidentur in idem incidere.** **Quo** circa aliter michi uideor hec omnia que p̄posita sũt intelligere. **Unde prima conclusio sit hec generalis.** Aliquid esse se notius nature nihil aliud est q̄ q̄ scd^o naturã suã sit magis et prius cognoscibile: sicuti aliquid esse nobis notius, nihil aliud est q̄ q̄ scd^o nostrã naturã sit nobis magis et prius notum. **Hanc cõclusionẽ** nomina ipsa notiorẽ faciũt, q̄ ut pluribus testibus indigeat. **Et** quo sequitur q̄ euz dicitur / aliquid not^o nature / nõ opus est querere q̄ sit illa natura que res magis aut minus cognoscit. **Quint. n.** nonnulli aliquid esse notius nature. i. deo qui perfectiora magis cognoscit. **Hoc tñ est falsum:** nam preter q̄ q̄ deus uniuersa equaliter cognoscit p̄ suã essentia, tñ licet per impossibile ab eo res nõ cognoscerẽtur, nihilominus essent cognoscibiles scd^o naturã. **Paulus et alij ex Lomenta-** toze hic cõmen. 3. eliciunt hunc modũ loquendi cõditionalẽ, u^z id esse notius nature, quod si natura cognosceret, prius cognosceret. **Sed neq̄ hoc plene satisfaciunt** quia antecedens est impossibile: tum q^z p̄ modũ intrinsicũ, si per impossibile ignis cognosceret, tũc aut cognosceret sicut brutũ, et tũc nõ cognosceret uniuersalia: aut cognosceret sicut nes, et tunc eadẽ essent notiora illi et nobis: nã sic angelus nõ posset cognoscere: si quidem est immaterialis. **Tertio** q̄ dicit aliquid esse notius aut minus notũ nature. i. scd^o naturã / nõ intelligitur aliqua cognitio actiue. i. q̄ aliqua potẽtia que est natura, magis aut minus cognoscat illã rez: sed solum intelligitur cognoscibilitas passiuã: ut illud dicat notius nature, cuius natura de se habet plus cognoscibilitatis. **Ad** si q̄rat quid est rem plus cognoscibilitatis habere. **Respondet** q̄ euz ens sit obiectũ intellectus, ut colligit ex. 9. meta. tex. 22. ubi ait Ari. q̄ nihil cognoscit nisi in quantum participat rõnem entis sit, ut illa res habeat plus cognoscibilitatis, q̄ plus habet entitatis. i. actualitatis et p̄fectionis. **Unde illa q̄ sunt a materia abstracta sũt p̄fectiora et scd^o nam magis cognoscibilia q̄ materialia.** **Ubi** q^z de^o est sua pte natura sũmme cognoscibilis: q^z est lumẽ ipsũ intellectuale et ueritas p̄ essẽtia. **Hoc** intelligentie iuxta ordinẽ et gradũ suã p̄fectionũ. **Deinde** aia rationalis. **Atqui** inter materialia hõ forsam rõne anime est magis intelligibilia deinde alta uiuentia, aut forsam celi: nõ enim modo dsterminamus an omne uiuens sit celo simpliciter p̄fecti^o. **At** si cõpositis totũ simpliciter est perfecti^o scd^o naturã q̄ partes: sed q^z cetera non sunt paria, ptes quia sunt simpliciora sunt p̄us et magis cognoscibilia cognitionẽ distincta, ut iã nũc dicere p̄gim^o. **Qua** ppter cũ Ari. ait. 2. meta. illa q̄ sunt notiora / a / natura esse minus nota scd^o nostrã naturã / intelligit tam de intelligẽtijs a materia separatis, q̄ de alijs rez causis. **Luius** p̄fecto accõmodatissimũ subiecit exemplum. **Et** enim sol inter sensibilia propter uehementia lumenis est sũm suã naturã summe sensibilibis, tamẽ natura uespertiliõis est in causa ut prope oculoꝝ inbecillitatẽ nõ habeat p̄portionẽ ad solẽ: eodem mō natura intelletus nostri est in causa, ut nõ habeat p̄portionez ad ea que scd^o naturã sunt maxime cognoscibilia.

Sed tamen ut hanc gñralẽ cõclusionẽ

nem ad particularia applicemus notandũ est duplicẽ esse notitiam rei, aliam cõfusã, aliaz uero distinctã. **Notitia** confussa est notitia qua cognoscimus totũ sũmul nõ cognoscendo seorsuz partes: qualis est notitia que exprimitur p̄ nemẽ: ut hõ / equus / animal etc. **Aliã** est notitia distincta, qua. s. cognoscimus totum cognoscẽdo seorsum partes: qualis est illa que exprimitur p̄ distinctionẽ explicantẽ cõpositionẽ rei, siue physica, siue

Duo ordines doctrinae.

Notiora nature, q̄tuoꝝ modis.

primo clui
duple otum

Lo cibi
Scd clusi

Ter clui

Noti cõfu. 2
ffincta.

pe
ril

metaphysicam, vt cum cognosco materiã et formã vel genus et differentiã ex quib⁹ spēs constat. At inter noticias cõfusas, illa que vniuersali⁹ est, est magis confusa: vt animal, q̄ hõ: et corpus, q̄ animal. Unde quia noticia cõfusa est notitia toti⁹: et distincta, est noticia partiũ, dupliciter dicitur aliqua noticia cõfusa, sicut duplex est totũ. Est vnum totũ actuale. i. qd actu continet in se partes, vt hõ respectu materie et forme: et spēs respectu gñris et differentie ex quib⁹ metaphysice cõponitur. Et hoc dicit simpliciter totum. Aliud est totũ potentiale respectu partiũ, quas tantũ cõtinet in potentia: vt gen⁹ p̄ totũ respectu specierũ: quas non actu sed potẽtia cõtinet. Et hoc nõ dicitur totum simpliciter: s̄ s̄m quid: quẽ admodũ dixit p̄porphiri⁹ in cap. de differentia q̄ vniuersale totũ quodã. i. quodã modo totum est: quod antiqui appellabant totũ in mō. Ceteranus in plogo de ente et assentia hac ratione distinguit duas noticias cõfusas, et duas distinctas, in cõfusa speciei, que opponitur distincte diffinitionis, quã appellat confusam toti⁹ diffinibilis, et confusam generis respectu specierum quam appellat confusam totius diuisibilis. Super quam distinctionẽ longã cõstruit disputationẽ. At nõ quãuis hoc verũ sit, p̄spiciatõr tñ erit forte sine tot distinctiõib⁹. Satis. n. est dicere, q̄ inter cõfusas, illa que est magis vniuersalis, est magis cõfusa. Et cõfusa noticia dicatur dupliciter, et ut q̄ inadequate et tãq̄ genus significat spēs, vt animal significat hominẽ: et ly. equus, equum: et alio mō dicat confusa, q̄ est nomen speciei cõfusse significans ptes diffinitionis: cui opponitur distincta noticia diffinitionis. Itaq̄ hõ respectu sue diffinitionis est cõfusa: s̄ respectu generis animalis est distincta. Hoc supposito sit scda conclusio huius arculi. Cognitione cõfusa totum est notius et prius notũ suis partibus, tam nature, q̄ nobis. Ad nobis totũ sit notius, asserit Arist. in p̄mo ex p̄lo ter. 4. nam videntib⁹ rem aliquam alonquiquo p̄us sensui sese offert totum q̄ ptes. Et ratio est q̄ obiecta sensus sunt accidentia: que p se p̄mo conueniunt toti cõposito, et p̄cõsequẽs scdm nram naturã totum est nobis notius. Ad aut sit notius nature, probatur: q̄ id est notius nature qd est p̄us intentũ a natura: sed natura p̄mo intendit p̄ducere totum q̄ ptes: ergo totũ est prius notius nature cognitione cõfusa. Adinorez expresse cõfirmat Arist. 2. phy. ter. 75. et infrã vbi ait q̄ sicut artifex p̄mo cognoscit finem quẽ intendit puta domũ, et de inde inquirat media que ordinat in ipsum, ita facit natura. Unde sicut in his qui intellectu operantur finis est prius cognoscit⁹ cognitione cõfusa, ita et scdm cũdũ suam naturã totũ est pri⁹ notũ q̄ partes. Tertia conclusio. Cognitione distincta ptes sunt notiores toto, taz nobis, q̄ nature. Probatur q̄ cognitio distincta totius, vt paulo ante dicebam⁹, est cognitio qua cognoscimus totũ resoluendo illud in suas partes: ergo cognitio distincta totius dependet ex cognitioe partium. Et d hac noticia distincta intelligend⁹ est Lõmẽtator qñ dicit p̄ncipia esse notiora nature, q̄ cõpositũ Sed in hoc videt⁹ defecisse: nempe q̄ dixerit eadez p̄ncipia esse nobis minus nota: cum p̄fecto sicut cognitione confusa totum est prius notum et nature et nobis. ita cognitione distincta p̄ncipia sunt p̄us et magis nota nobis atq̄ nature. Licet enim cognitione cõfusa a toto procedamus ad ptes, tñ in cognitioe distincta ex cognitioe partiũ reuertimur ad cognitioẽ totũ. Quare de ordine cognoscẽdi totũ et ptes, nulla est differentia inter nos et naturã. Tãnc sequit⁹ p̄ma p̄positio Aristotelis, que est p̄missa p̄ime conclusionis. Scientia totius dependet ex cognitionibus p̄ncipiorũ, causarum, et elementorũ. Probatur: nam sciẽ

tia est distincta rei cognitio: sed distincta cognitio totius dependet ex distinctis cognitionibus p̄ncipiorum et causarum: ergo. Cõmẽtator hanc conclusionem tamq̄ cõmẽtariã nem animi cõceptionez probauit Arist. 1. poste. ter. 5. ex cõi consensu omnium tam vere scientiũ q̄ eorũ qui ali quid scire se putãt: oēs em̄ consentiunt q̄ tũc aliqua res scitur, cum cause cognoscuntur. Et ratio colligit⁹ ex illo 2. meta. ter. 4. q̄ rei veritas, que est obiectũ intellect⁹, summit⁹ scdm esse ipsius rei: et q̄ esse rei nõ est aliud q̄ quod habet ex suis causis, sit vt cognitio sciẽtificã rei ex cognitione p̄ncipiorũ eius proficiscat. Ex his tandem colligitur p̄m⁹ ordo tradendi doctrinã alicui⁹ rei expressus in prima cõclusionẽ p̄ncipiali Aristot. vt. s. ab eius p̄ncipijs sumatur exordiu⁹.

Unde ad primũ argm̄ p̄ncipiale distiguitur antecedens, vlt⁹ q̄ p̄ncipia rei sunt notiora nature. Si. n. intelligat⁹ de cognitioe distincta, cõcedit: sed negatur tunc q̄ isto mō sunt nobis min⁹ nota. Nec Arist. nec Lõmẽtator. nec experientia docet, nisi q̄ totũ est nobis notius cognitione cõfusa: qua et scdm natũram est notius, vt probatũ est. Et quia ordo tractãdi de re est scdm cognitiones distinctas, incipiendũ est a p̄ncipijs. Neq̄ huic repugnat. 2. conciu. in qua soluz habetur q̄ in ordine cognitionũ incipiam⁹ a cõfusione: ribus et magis vniuersalib⁹: que, vt videbim⁹ a fculo sequenti, sunt nobis notiora, et minus nota nature. Ad cõfirmationẽ facilis est p ea que dicta sunt solutio. Cõcedimus nã p̄rationẽ incipiẽdi a p̄ncipijs esse q̄ natura inde incipit operari: et qñ subsumit⁹ q̄ ordo cognitionis est contrarius operationi, distinguit⁹ ordo namq̄ cognitionis cõfusse cõtrarius est ordini cõpositionis: nam artifex p̄us confusse et abstractiue cognoscit domũ, cuius ideã format in mente, quã tñ domum vltio in re facit, s̄ tñ ordo cognitiois distincte sequit⁹ ordinem cõpositionis. Prius namq̄ distincte et intuitiue artifex cognoscit lapides quos manu tenet ad cõficiendũ parietẽ, q̄ parietem ipsum, et p̄ri⁹ parietem intuitiue q̄ totam domũ. Et ita in naturalib⁹ cognitione distincta p̄ncipia sunt scdm naturã prius et magis cognoscibilia q̄ totum. Ad scdm p̄ncipiale illic respõsum est q̄ cognitio causarũ et p̄ncipiorũ per accidens, que multiplicat⁹ ratione materie, aut in diuiduorũ (vt sunt ptes cõtinuũ) aut parentes oēs aquibus homo defecit) nõ est necessaria ad cognitionẽ rei. Et eadẽ rõne nec requirit⁹ cognitio omnium accidentiũ cõmũ, sed satis est cognoscere potẽtiã passiuã recipiendi illa. Neq̄ requirit⁹ cognitio omnium effectiũ: sed satis est cognoscere potẽtiã actiuã. Ad aliud vero de predicatis quiditatis, in p̄mis negatur q̄ de homine sint dicibilia infinita quiditatis predicata (q̄ in predicabilib⁹ questione de specie satis vt credo mōstrauimus) nõ. n. de homine sunt plura predicata essentialia, q̄ vsq̄ ad generalissimũ substantie, vel vsq̄ ad ens. Et quũ animal. v. g. forsan diuidatur in alia genera subalterna, vt in canem et pecus, que sub se habent alias spēs, non tñ inde sequitur quinter quasq̄ duas spēs sit dabilis cõceptus medius, qui cõstituat nouã spēm: immo in hoc Arist. 10. meta. ter. 8. cõparat species nũeris, q̄ quũs quinari⁹ in infinitũ excedat quaternariũ, ad hunc sensum, q̄ nunq̄ perfectio quaternariũ p̄t attingere ad p̄fectionẽ quinariũ, nihilomin⁹ inter quaternariũ et quinariũ non est dabilis mediu⁹ numerus: ita in speciebus lz ad hunc sensũ in infinitũ distẽt, vt nulla possit attingere p̄fectionẽ alterius, nihilominus possunt esse due ita immediate, vt inter illas non possit esse mediũ predicatũ essentialẽ. Duo circa. 8. meta. ter. 10. ait q̄ resolutio diffinitionis nõ p̄cedit in infinitum. Et eadem rõne nec sunt infinite passiones essentialẽs alicuius sp̄ci. Unde negatur creaturã notũ

duplex totum.
 Scda cõclusio.
 Tercia cõclusio.
 Prima p̄positio Aristotelis.

Ad. r. p̄ncipiale.

Ad cõf.



Notiã cõfusa distincta.

Creatura esse comprehendi ab alia creatura. Quoniam profecto non dubito quin angelus naturaliter possit comprehendere totam quidditatem cuiuscumque inferioris creature. Nam comprehendere aliquam rem nihil aliud est, quam illam cognoscere quantum illa secundum naturam suam est cognoscibilis, ut ly cognoscibile dicat potentiam passivam in re ipsa, et cum omnis creatura sit finite perfectionis et entitatis, habet finitum cognoscibilitatis passivum: et ideo nihil repugnat quominus a potentia finita comprehendatur. **Dixerim**, ut cognoscibile dicat potentiam passivam eo quod **Deham** in. 4. q. 13. quem fere iuniores imitantur, opinatur nihil comprehendere, nisi cognoscat summa noticia qua cognosci potest: et quia quecumque creatura potest a deo cognosci in finita noticia, infert nullam creaturam esse comprehensibilem, nec a summo angelo: quippe qui non potest creaturam cognoscere summa noticia qua creatura est cognoscibilis. **Attamen** isti profecto tam in comprehensibile faciunt creaturam, quam deus: cum tamen **Idiere**. cap. 32. de deo specialiter dicat quod est magnum consilium et incomprehensibilis cogitatio. **Et** propterea qui creaturam dicit esse incomprehensibilem nisi a deo, preterquam quod male loquitur in fide, non respicit naturam comprehensibilis, que est ut tantum cognoscatur quantum est passivum secundum suam naturam cognoscibilis, et non quantum est cognoscibilis a tali vel tali cognoscente. **Quantum** enim deus infinita noticia cognoscit creaturam, non vetat quominus angelus cognoscens formicam quantum ipsa est cognoscibilis, simpliciter comprehendat illam: sicuti qui parvam habet manum simpliciter comprehendit lapillum parvum, non obstante quod qui maiorem haberet manum, melius comprehenderet. **Et** ideo deus a se solo est comprehensibilis: quia sicuti passivum est in finite cognoscibilis, ita est in finite cognoscitivum: utrumque enim habet rationem infinite essentie. **Utrum** **Aristo**. infra tex. 35. ait quod infinitum eo quod infinitum, non est cognoscibile. **Comprehensibile**: insinuas id quod est finitum posse quidem a nobis comprehendere. **Dixerim** tamen quod angelus **et**. q. 2. forsam homo pro isto statu nullam creaturam cognoscit quantum est cognoscibilis: quia v. g. non cognoscimus omnia genera subalterna usque ad immediatam generis speciem, neque in substantiis neque in accidentibus: atque adeo nec ultimas divinas, neque omnes proprias passiones. **Unus** causa est materialitas corporis cui submergitur anima. **De** anima separata alia erit ratio, que non est loci presentis. **Id** quod satis est cognoscere naturam materie et forme, causam agentem et finalem in naturalibus, atque adeo scire naturam passionum quas in rebus experimur. **Ita** namque et **Aristo**. et philosophi loquuntur: et subinde nobis loquendum est. **Et** hoc opus est ad cognoscendum naturam hominis cognoscere finem eius supra naturalem, neque deum quantum ad ea que naturaliter non sunt cognoscibilia, sed satis est cognoscere deum et orbem celestes: quatenus sunt horum causa inferiorum quemadmodum hoc **Aristote**. novit. **Ad** confirmationem negat quod ea que cognoscuntur scientiis mathematicis non sint vere scita. **Item** cum **Geometria**. v. g. tractet de triangulo quatenus abstrahit a materia, et per consequens a fine et efficiente, satis scitur natura trianguli in quantum est abstractus, si sentiantur eius passiones quas **Geometria** de eo demonstrat.

Arti. secundo. **Secundus articulus est de secundo ordine et conclusione Aristote.** Ubi hoc primo notandum est, quod tam univiale quam singulare dupliciter accipitur apud **Aristo**. **Enimvero**. i. post tex. 5. accipit singulare simpliciter pro individuis, que sunt sensuum obiecta:

et univiale opposito modo pro eo quod abstrahitur per operationem intellectus a singularibus: ut species comprehendat et genera. **Id**ie vero accipit singulare pro speciebus specialissimis, que dicitur singularia inter obiecta scientiarum, propterea quod in illis terminatur scientia: quippe cum non descendat ad individua, uti cap. de speciebus **Platone** refert **Porphyri**. in specialissimis esse quiescendum. **Et** univiale accipit pro genere quod in potentia et confusse continet sub se species. **Et** respectu inferioris generis subalternum, dicitur et singulare respectu superioris. **Et** est ergo quarta conclusio huius quod et prima huius articuli. **Loquendo** de univiale et singulari primo modo, singulare est primum cognoscibile nobis quam univiale. **Hanc** conclusionem expresse **Aristo**. asserit loco citato. **Unus** ratio est: quia cognitio nostra incipit a sensu: et singularia obijciuntur sensui, et inde per abstractionem intellectus cognoscit univiale. **Non** est hic locus disputandi, an intellectus cognoscat prius singularia quam univiale, an vero prius cognoscat univiale, et postea per reflexionem ad phantasiam cognoscat singulare. **Est** namque opinio **Duran**. 2. sen. d. 3. q. 7. et **Gregorij** lib. 1. d. 3. q. 3. ar. 2. et fere recentiorum, quod quemadmodum sensus, ita intellectus prius cognoscit singularia, et deinde abstrahit univiale. **Alia** est opinio contraria. **Tho**. 1. p. q. 85. et 86. et alibi frequentissime, quod videlicet prius intellectus cognoscit univiale, et deinde per reflexionem ad phantasiam singulare. **Que** absque dubio videtur esse expressa sententia **Aristo**. 2. de anima tex. 60. ubi ait, quod sensus est singularium, scientia univiale: sed expressius in 3. tex. 10. et 11. ubi ait quod intellectus est univiale, sensus vero singularium: 7. 5. meta. tex. 16. ubi expresse ait univiale esse priora cognitione secundum intellectum, singularia vero secundum sensum. **Et** ratio naturalis est, quia cum intellectus sit potentia passiva immaterialis, non potest pati nisi ab obiecto itidem immateriali. **Quo** circa phantasia, quod est materiale, non potest immediate movere intellectum, nisi negotio intellectus agentis abstrahantur species immateriales (et per consequens univiales) que recepte in intellectu possibili ipsum immutent ad cognoscendum. **Et** qui re vera si intellectus agens, quem expresse ponit **Aristo**. 5. de anima. tex. 17. admittitur, ad hoc potissimum officium a natura datus est, ut faciat obiectum intelligibile. **Unde** **Duran**. inde sumpsit ansam sue opinionis, quod negavit intellectum agentem. **Arguit**. n. obiectum et ratio obiecti debet precedere actum potentie: ergo obiectum intellectus precedit actum intellectus: sed nulla res precedit actum intellectus, nisi res singularis, quia quicquid est in rebus est singulare: ergo singulare primo intelligitur. **Cui** nos, concedentes obiectum precedere actum potentie, respondemus quod quibus nulla sit res nisi singularis in essendo, tamen ante intellectionem precedit species intelligibilis producta per intellectum agentem, que est univialis in re presentando: quia in illa relucet ratio formalis obiecti. **Obijci** tamen dicitur intellectus abstrahere usque a singularibus, non est intelligendum de intellectu possibili, qui videlicet primum intelligat singulare, et inde abstrahat univiale: sed de intellectu agente qui abstrahit species univiales representantes rationem obiecti abstractam a singularibus. **Et** de intellectu agente intelligitur verbum **Com**. 1. anima. com. 8. Intellectus est qui agit univiale tatem in rebus. **Qua** de causa non requiritur sensus agens: nam cum sensus sit potentia passiva materialis, immmediate patitur ab obiecto materiali. **Quo** sit vero cum species que recipitur in intellectu sit univialis, primo representat univiale, et per determinationem a phantasia tatem singulari, representet singulare. **Id**o tamen requiritur processus semper terminatus perceptibilis: nam cum a phantasia tatem singulari producuntur species univialis, sine mora determinatur species ad representandum hoc singu-

Ad tertium principium

scotus

Intellectus cognoscit

Duran

5. 10

Questio.

secunda.

So. viif.

lare: quod est representare singulare per reflexionē in intellectus ad phātaisma. Et ideo quā primum videmus singulare, intellectus illud intelligit. At prius locus hec disputādi erit in. 3. d. aia, loco citato. Itēq; amplior faciēda est hic de hoc disputatio. ¶ Unū tñ hoc adnota re superest: sane q nō dicimus singulare magis simplr esse nobis cognoscibile, sed prius cognoscibile: nā simpliciter loquēdo, qd est magis cognoscibile scdm intellectum, est magis cognoscibile. ¶ Ex his tandē solutū restat tertiu argum̄ principale: cū dictū est aliter loqui Arist. in. 1. post. et hic aliter de singulari et vniuersali.

Accipiēdo singulare et vniuersale

secundo mō: vt sit cōparatio inter ipsa vniuersalia superiora et inferiora est opinio Scoti. 1. sen. d. 3. vbi, inter alias, ponit duas propositiones que ad presens at tinēt negociū. ¶ Prima est. Cognitiōe p̄fusa prius cognoscit species specialissima q̄ superiora genera. Quod sit vt cōceptus entis sit vltimus via gnationis. Quam probat tribus rōnibus. Primo vlt cognoscitur per abstractionem a singularibus: ergo illud vlt mouet quod est p̄fectius, et cuius singulare vehementius mouet: sed spēs specialissima inter vltia est perfectior, cum actu p̄tineat superiora gnā: ergo vehementius mouet. Et q̄ singulare/hichō/forti⁹ moueat q̄/hoc aial/pbat qz est p̄pinquius sensui, cū magis accedat ad singularē re determinatū. ¶ Secūdo qz metaphisica vt ait Auicenna. 1. meta. cap. 3. est vltima in ordine doctrine: q̄ subm̄ eius qd est ens, postremo concipit ab intellectu, q̄ obiecta aliarū scientiarū que sunt minus vltia. ¶ Tertio qz si ab vltioribus inciperet intellectus, prim⁹ cōcept⁹ quē de rebus formaret esset ens, vñ tūc sequeret q̄ oporteret cōsumere multū tēpus: anteq̄ cōciperet conceptus sp̄ei specialissime: qd est cōtra experiētiā. ¶ Secūda eius cōclusio est. Cognitiōe distincta primus cōcept⁹ est entis, et deinde descendit vsq; ad vltimā spēm. ¶ Prob⁹: qz cognitio distincta sp̄ei depēdet ex distinctis cognitionibus partiu definitionis: q̄ re non pōt distincte cognosci hō, quin prius distincte cognoscatur aial: neq; animal, qm̄ prius distincte cognoscatur corpus: et ita ascendendo: ergo prius distincte debet cognosci ens q̄ substantia, et substantia q̄ corpus. etc. ¶ Et possumus adiuuare opinionē Scoti: qz ita nos mōstrauimus de toto physico et eius partib⁹: nepe qz prius cōfusse cognoscitur totū q̄ partes: sed distincte prius partes q̄ totū: idē. n. prius ipse dicit de toto metaphisico et partib⁹ eius. s. qz p̄fusse pri⁹ cognoscitur tota spēs, sed distincte prius cognoscuntur superiora gnā, que sunt partes sp̄ei. ¶ Philosophomus est quinta cōclusio hui⁹ questionis, et scda huius articuli. Cognitiōe cōfusa primo cōcipit res ab intellectu cōceptu entis, deinde per ordinē quāto cōcept⁹ est vltior tāto est prior in intellectu. Imprimis est expressa sentētia Auicenna. 1. meta. cap. 5. quā. 5. Tho. in p̄ncipio statim de ente et essentia sumit p̄o fundamēto: vltz primū qd intellectus cōcipit de re est ens. Et p̄fecto expressissime aserit hic ab Arist. vbi ait ab vniuersaliorib⁹ esse se incipiendū, eo qz sunt nobis notiora. Et manifeste id confirmat in tertio exēplo Arist. Intellectus. n. in cognitione vniuersalium eo ordine p̄cedit, q̄ sensus in cognitione singularium: sed sensus procedit a cognitionibus vltioribus, nā paruulincipiētes cognoscere prius de rebus cognoscūt esse entia quēdā cōfusse, deinde esse homines, et postea esse patrē aut matrē, nō cognoscendo distincte que est rō entis aut rō hois: et vidētes a remotis aliqd singulare prius cognoscūt eē ens, mox p̄ motū cognoscūt esse aial, deinde per figurā esse hoies, postremo d̄ facie cognoscūt esse petrū: q̄ ita intellect⁹ p̄cedit. ¶ Secūdo arḡ rōe. S. tho. 1. p. q. 87. ar. 3. vbi eādē asserit p̄clusionē. In oibus his q̄ reducunt de potētia in actū

cōpertū est ea p̄cedere ab imperfectionib⁹ ad p̄fectiora: vt embrio pri⁹ viuūt vita plāte q̄ vita aialis. 2. d. ge. aiali. c. 3. et hō pri⁹ est infans, postea adolefcēs, et tandē auget in vltz perfectū: q̄ cū intellect⁹ p̄ spēs rez p̄cedat de potētia ad actū, p̄cedit ab imperfectionibus: s; cognitiōes vltē sunt min⁹ perfecte, qz cōfusse magis attingūt naturas rez: q̄ intellectus ab vltioribus procedit. ¶ Tertio prob⁹ cōclusio. Prim⁹ oīū cōceptū, quos vnaquēq; potētia format, est obiecti sui adēq̄ti, vt primū qd sensus videt est color, et p̄ colorē videt aut vestē aut arborē: et primū qd audit⁹ audit est sonus, et p̄ sonū audit cāpanā, aut tubā, aut musicā: s; obiectū adēquātū intellect⁹ est ens, vt colligit ex Arist. 9. meta. t. 22. et est cōis sentia oīum p̄horū (quā nec Scot⁹ ipse negat) ergo primū qd intellect⁹ cōcipit est ens: et p̄ p̄ns quāto p̄dicata sunt vltiora, tāto sunt p̄ora in intellectu. ¶ Ita qz, vt cōsonātia p̄me et scde cōclusionū hui⁹ articuli euidēt⁹ appareat, colligim⁹ qz singularia in supponēdo, q̄ tñ sunt singularia vaga, p̄ora sunt q̄ vltia in supponēdo: nā pri⁹ p̄sensū cognoscim⁹ hūchoies q̄ hoies: et hoc aial, q̄ aial: et hoc ens, q̄ ens. Et hoc est qd voluit Arist. 2. poste. tex. 5. S; tñ cōparādo vltiora ad minus vltia in significādo, tā in intellectu q̄ in sensu p̄cedūt noticie magis vltē. vt prius in sensu est hoc ens q̄ hoc aial, et pri⁹ hoc aial q̄ hichō. Et eadē rōne in intellectu pri⁹ est ens q̄ aial et aial q̄ hō. ¶ Ex quib⁹ tandē colligit scdus ordo doctrine expressus in scda cōclusionē p̄ncipali Arist. vltz qz scdus naturā nostrā ab vltiorib⁹ dēt in nobis incipere doctrina: cū innata sit nobis via a notiorib⁹ nobis p̄cedere. i. ab his que p̄mo occurrūt cognitioni nostre, siue sentitiue siue intellectiue: et confusa magis. i. magis vltia p̄mo occurrūt tā sensui q̄ intellectui. Et hos ordines seruat hic: nā scdus priorē, prius tractat de m̄a et forma, q̄ de ente mobili. scdus posteriorē prius in gnē querit an sint aliq̄ p̄ncipia rez nālū, et quot sunt: deinde in p̄ncipali an sint m̄a et forma. Et p̄portionalit. 1. Ethic. qz finis in opabilib⁹ est sicut p̄ncipiū in speculabilib⁹, pri⁹ incipit tractare de vltimo fine, q̄ de virtutib⁹: atq; a deo pri⁹ in gnē, et deinde p̄ncipali. ¶ Cū dicitur sit ens esse primū cognitū ab intellectu, nō intelligim⁹ ens sub hac vel illa cōditiōe. i. ens sensibile aut ens materiale: sed confusse accipiēdo ens p̄o vt quicūq; latius accipit. Qd est dicere id qd est, vt dicat vnū conceptū formale indifferētē ad materialia et immaterialia, substantiā et accidēs, deū et creaturas vt. q. 1. super quartū cap. predicamētōz expositū est. Idē. n. dicitur cōcept⁹ p̄fusus entis quē pueri p̄mo p̄cipiūt de reb⁹: et per p̄ns quē p̄mo format intellect⁹. ¶ Subiicit hic de m̄a tertia p̄clusio hui⁹ articuli, q̄ sit sexta totū q̄stionis. Cognitiōe distincta, eodē mō incipit intellect⁹ ab vltiorib⁹. Et in hoc puenim⁹ cū Scoto p̄ pri⁹ rōnē: qz nō possumus distincte cognoscere hominē, quin distincte cognoscatur aial: nec aial, quin distincte cognoscatur corpus. Itaq; prius est totus ordo noticiarū confusarū a superioribus ad inferiora: deinde via resolutionis resoluimus hominē in animal rationale: et animal in corpus et sensibile: et corpus in substantiā et corporeū. vt exp̄sse ait Arist. 8. meta. tex. 10. Et hac de causa q̄adusq; supremū distincte cognoscatur, nō cognoscim⁹ infimū.

Ad primum igitur argumentū Scoti negatur consequentia: nā in q̄uis vniuersale abstractatur a singularibus, eo mō quo expositū est in prima p̄clusionē huius articuli, nō subinde sequit qz spēs vltis pri⁹ moueat ad p̄ceptū sp̄ei specialissime. Immo cū sit agēs nālē, et intellect⁹ p̄ isto statu sit in mers⁹ materie, nō statim mouet ad p̄fectissimū p̄ceptū quē p̄ducere pōt: s; p̄cedit ab imperfectionib⁹: q̄les sūt p̄cept⁹ magis vltē. In angelo aut, vbi nō est spēs sūpta a m̄alib⁹, nō pri⁹ p̄duceret vnū cōceptū q̄ aliū: nec forisā in aia separata. ¶ Ad scdū r̄ndetur qz metaphisica nō est postrema

Ad tertiu principia.

Scotus.

Collegium.

Dum

5. Cōclu.

Conco. conclu.

6. Cōclu.

Ad. 1. sco.

Ad scdm.

scientiarum, eo qd ens, qd est eius subm, vltimo cognoscat cognitione confussa: sed qz tractat de ente, vt est comu- ne ad res reali separatas a materia, quales sunt intelli- gentie, que quide sunt a nostro sensu remotissime: et id sunt intellectu difficilime. Quaidem ratione expresse dat Aristot. i. meta. cap. 2. Quidem nihil obstat obiecta aliarum scientiarum facilius cognosci a nobis qd obiectum me- taphysice: qz cognitio. v. g. mathematicarum aut moraliu scientiarum, no dependet ex tali cognitione entis.

Secundo possumus dfe qd quibus cognitione confussa prius cognoscant vniuersalia tm ad cognoscendum distincte p- pueritates magis vniuersalium debemus procedere per resolutionem inferiorum specierum in superiora gna, vt mo dicebamus vsq ad ens: qz particulares cause et passio- nes sunt nobis notiores qd vles. Et hac de causa meta- physica est et postrema scientiarum. Ad tertium argum- spondet qd quibus conceptus entis sit primus que concipit intellectus, non tm requirit semper successio tempo- ris perceptibilis ad formandum conceptum spei: sed solum, aut qm defectu etatis in puero, aut qm propter longam distantiam loci, non tm representat obiectum perfecte. At qm ego in debita distantia video hominem, sine mora temporis cognosco esse ens, et esse animam, et esse hominem. Immo si ad- verto ad esse hominem prius formo iudicium qd est homo, qd est anima, aut ens: nam cum illa species omnes illas rationes vles representet, sequitur vt quibus est debite applicata, possit que- cumque conceptum primum producere. Quinet vt ridebamus Durando si intellectus aduertat ad petrum, prius iudicabit esse petrum, qd esse hominem. Ad nostrum argum- qd fecimus in gratia Scoti, rideatur qd latet sub- tus fallacia: nam cum coparamus totum physicum ad suas partes, coparamus rem ad rem: et id cum totum prius obijciatur intellectui qd partes, cognoscitur prius totum qd pars. Sed cum coparamus noticiam spei aut minus vles ad noticiam animalis aut entis, no coparamus nisi noticiam ad noticiam: et id non sequitur qd prius cognoscimus spem, qd genus, quatenus confusse et in potentia continet species. Si tm genus coparetur ad spem tanquam pars diffinitionis ad totum diffinitum, iam dictum est in tex. 4. in expositione, sed ex- pli Aristot. qd prius notum est hunc esse hominem: qd distincte cognoscat esse animam rationale: et prius, qd cognoscat animam esse genus hominis. Et in hoc stat similitudo cognitionis confusse in totum physicum et suas partes, et totum metaphysicum et suas partes. Et est hic parum dubium. Insuper autem. n. est conceptus entis posse haberi et confusum et distinctum: quod vt esse falsum. Etenim ens (vt bene ait loco citato Scotus) est conceptus simpliciter simplex: qz non constat ex genere et differentia, sicuti homo et alia genera subalterna, et ideo no potest esse conceptus confusus, cum no possit distingui in huiusmodi partes. Rideatur tm qd vocamus conceptum confusum, illum conceptum formalem communissimum que quibus latinus format. s. qd est vt paulo ante exponebamus. Et ille est primus que intellectus format. Distinctus autem est quibus cognoscitur per suos modos intrinsecos. i. qd sit ens perse, qualis est substantia, vel in alio, qualis est accidens: et sic de aliis distinctionibus. Ad quartum nostrum argum- in principio questionis factum respondet. S. Tho. opus. 33. qd vltima accipiuntur vno modo in causando, vt sunt deus et intelligentie que sunt cause vles. Et de illis intelligit Aristot. i. meta. cap. 2. qd sunt cognitio diffi- cilium, eo qd sunt a sensibus remotissima: alia sunt vltima in predicando, vt genera et species: et de illis, si loquamur de cognitione confussa et simplici, magis vltima sunt prius nota: sed distincta cognitione, proprietates magis vni- uersalium sunt nobis minus note: qz cognoscunt per res- solutionem particularium in sua genera vltima, vt mo dicebamus rideundo sede rationi Scoti. Ad confirmationem illam est solutio quam dedimus ad primum Scoti. Concedimus namqz qd quanto vniuersaliora sunt, tanto sunt nobis prius nota cognitione confussa: nam quibus species vles abstrahatur

tur a singularibus, nihilominus non produunt conce- ptum perfectum speciei prius qd conceptum imperfectum gene- ris. Sed argum- procedit secundum imaginationem eorum qui putant intellectum prius cognoscere singulare, et a no- ticiis singularibus abstrahere noticias vles: cuius con- trarium nos supra monstrauimus conclusionem quarta. Ad quintum denique argum- rideatur imprimis qd Aristot. non ponit regulam generalem qd omnia que sunt nobis nota sint ignotiora nature et conuerso: sed negatiue, qd non oia que sunt nobis nota sunt notiora nature nec e conuerso: qz stat aliquid esse notius nature, et nobis mi- nus notum. Ad presertim verum habet in substantiis se- paratis a materia, que cum sint spirituales, sunt suapte natura magis note: sed tm nobis, qui p sensum cognos- cimus, sunt minus note. Et secundo habet verum de principijs et causis occultissimis nobis. De quibus oibus ait .2. meta. tex. 1. qd sicut oculus vespertilionis ad lumen dei, ita intellectus noster ad manifestissima nature. Sed de toto physico et partibus eius iam diximus eundem esse ordinem in nobis et nature. At vero de vlibus in pre- dicando et particularibus de quibus argum- formatum est, rideatur qd quibus natura pcedat ad vltioribus in produ- ctione re, no inde sequitur qd sint magis nota nature cog- nitione confussa: immo oppositum sequitur, vt secunda conclusio- ne monstratum est: qz natura sicut primo intedit totum phy- sicum qd partes, ita primo intedit speciem qd genus: no. n. facit qualia substantiam aut corpus, nisi intendes face- re aliqua certam speciem. Et ideo cognitione confussa vltima sunt nobis notiora: species vero sunt magis note nature: cognitione autem distincta vltiores cause sunt magis no- te nature. Ad si quis contra solutionem arguat qd inde sequeret singularia in diuidua esse magis nota nature qd species: qz cum species non sit realiter separata, vt dicebat Plato, natura nec intedit nec producit spem nisi in in- diuiduo, actiones. n. et generationes sunt circa singularia, vt habet. i. meta. cap. 1. Et respondeat qd natura perse no intedit nisi perpetuare spem, quippe cuius intentio se- per est ad perpetuum: sed qz in diuidua materia alia sunt corruptibilia, intedit de per accidens producere singula- ria ad conseruandam spem: ob idqz primo intedit spem qd singulare. Tm in perpetuis, vt in celis et supra celestibus, in singulis speciebus no producit nisi singula in diui- dua, vnu solis, vna lunas etc. qd tm non est presentis loci disputare. Ad secunda confirmationem iam respondimus est qd nihil vetat id esse notius nature et nobis: et id vtro- qz modo color est magis notus qd species sensibilis: nature quidem, qz est causa, nobis vero, qz est sensibilis. Non tm intelligo colorem esse notiore nobis, vt aliqui volunt, eo qd per cognitionem coloris veniamus in cognitionem speciei: nam spem non sentimus: sed per coniecturam arguimus ali- quam esse spem in medio per quam cognoscimus colorem di- stantem. Ad si quis arguat spem esse magis notam natu- re eo qd est spiritualior, negat qd cetera no sunt pa- ria. Sunt. n. minoris entitatis et perfectionis qd color, cum in esse et conseruari depedeant a colore. Ad secunda demum confirmationem eodem modo rideatur: nepe qd in mathe- maticis eadem sunt notiora nature et nobis: nam prima et simplicissima elementa et simpliciores conclusiones quibus sunt cause posteriorum, ideo sunt secundum naturam notiores: sunt et notiora nobis: eo qd prima elementa statim pro- pta cognoscimus, vt a quolibet puncto in quolibet punctum linea ducere / super quodlibet punctum circulum describere: Et hec de secunda questione, que est circa prologum Aristotelis.

Sequitur in textu caput secundum et tertium.

Text. xvij. Habet autem dubitationem etc.

Questio tertia.

Utrum omne totum sit sue partes simul sumpte.

Tertia

Hydrotica contra... Ad tertium

Ens sim- pliciter sim- plex.

Ad qrtus principi.

Ad cost.

vmb

2

polon

3 essen

4

mlyca

Super

Prim.

Phy.

Q. iij.

paulus, et petrus et paulus sunt eiusdem speciei: ergo materie et forme sunt eiusdem speciei. Multa alia id genus philosophata pullulat, si concedatur totum esse suas partes. In contrarium tamen est Aristoteles in hoc textu 17. et textu 21. ubi sepe repetit quod si sit aliquid continuum, illud est multa, puta unum in actu et multa in potentia. Quod verum aliter esse nequit quam si totum sit sue partes.

Totus. 5. modis.

Totum quinque modis, qui ad rem pertinent dicitur. Est. n. totum uniuersale, potentiale, essentialiale, integrale, et totum per accidens. Totum uniuersale est genus respectu suarum specierum, que sunt velut eius partes subiectiue. vt cap. de specie inquit Porphyrius: et pariter species respectu indiuiduorum: de quo in questione 3. super prologum Porphyrius diximus uniuersale a suis particularibus sola ratione differre. Totum potentiale est subiectum respectu suarum potentiarum, vt anima respectu intellectus et voluntatis: de quibus in predicabilibus cap. de proprio disputauimus an realiter distinguatur a subiecto. Totum essentialiale est duplex: aut metaphysicum, aut physicum: metaphysicum est totum diffinitum respectu generis et differentie: que quidem sola etiam ratione differunt a diffinito. Et. n. cap. de genere dictum est, animal pariter et rationale sola ratione differunt ab homine: postquam utriusque formaliter predicantur de illo. Sed totum physicum est idem diffinitum compositum ex materia et forma. Et de hoc primo est presens questio, utrum videlicet materia et forma simul sumpte sint totus lapis aut totus homo. Totum integrale etiam est duplex. s. homogeneum quod constat ex partibus quantitatiue eiusdem rationis, vt aqua, lignum et similia: et totum etherogeneum quod constat ex partibus diuersarum rationum, vt animal quod constat ex ossibus, nervis, et carne: et pariter ex diuersis membris. De quibus etiam totis intelligitur questio. Accipit preterea totum pro eo quod non est totum simpliciter, sed per accidens: vt numerus, a ceruus, domus, et similia. Intelligitur ergo questio utrum totum essentialiale physicum, et totum integrale homogeneum vel etherogeneum, et totum per accidens, sit sue partes si multum sumpte. De quo plures sunt opiniones: sed tamen indignum censeo in re tam lucida tot enarrare hominum placita.

Scotus.

Scotus loco citato de acriuo (et forsitan idem intelligit de omni toto per accidens) tenet quod non distinguitur a suis partibus, vltimum quod cumulus lapidum est lapides simul sumpti. Sed de toto physico et integrali expresse tenet quod distinguitur. Ad probandum tertio argumento supra facto cum suis confirmationibus. Locus Lapideus in 3. d. 2. et alij nonnulli Thomiste probantur consentiunt, credentes eandem esse opinionem. S. Thome, propter eius verba que in primo argumento citauimus. Alij tenent medio modo, quod totum etherogeneum distinguitur a suis partibus, homogeneum vero, non. Sed valeant cum opinionibus suis. Existimo tamen rem esse faciliorem, quam que longa indigeat disputatione. Credo equidem neque Aristotelem neque S. Thomam unquam id suspicatos fuisse. Et quis id alicubi insinuare videretur, credo mihi non persuasissent: a deo res mihi manifesta est. Respondeatur ergo ad questionem duabus conclusionibus. Prima uniuersalis. Omne totum siue essentialiale physicum, siue integrale homogeneum vel etherogeneum, siue totum per accidens, est sue partes simul sumpte. Et vt alijs alias auctoritates obijciamus, abunde imprimis locus citatus Aristoteles in hoc textu conclusio nem coprobatur: vbi ait quod continuum est multa. Et inferius textu 21. dicit quod inuicti discipuli Parmenidis multa conuenerunt esse unum: cum totum plures habeat partes. Nec satis respondet auctores contrarie opinionis, dicentes, quod hec propositio/continuum est sue partes/ intelligenda est, non idem, sed causaliter. i. continuum diuisibile est in plures partes. Et pariter hec partes sunt continuum in hoc sensu, quod ex partibus constat continuum. Et in contrarium est, quod cum opinio Abelis esset, id quod est aliquo modo unum, nul-

1. Locu.

lo modo esse plura, intentio Aristoteles fuit contra ostendere, id quod est unum in actu, esse plura in potentia: ob idque in sensu identico concessit unum esse multa. Sed preterea. 4. huius. text. 23. ex professo, vbi dicit totum esse quodammodo in partibus, nequis suspicaret aliquam distinctionem realem, adiungit. Homo. n. est preter partes totum. i. totum non est aliud quam partes. Et. 2. de anima text. 10. de partibus physicis ait, quod sicut pupilla et visus sunt oculus, ita anima et corpus animal. Et. 5. meta. text. 31. dicit quod totum continens est contenta: et unum quid illa sunt. i. partes sunt unum in toto. vt ibidem lectio. 20. exponit. S. Thomas. Et preterea Lamentator. Themist. Philop. et omnes glossatores Aristoteles. aiunt hic quod quis singule partes non sint totum diuisim: collectiue tamen omnes simul sunt totum. Et Aui. 3. meta. cap. 2. ait quod homo est anima et corpus: et neutrum per se. Scio contrarios respondere has omnes predicationes que asserunt partes esse totum accipendas esse in sensu causali. i. quod faciunt totum. Sed primum eadem facilitate possent dicere has esse causales: homo est anima, homo est albus. Item quod si ille esset sensus, pariter possent diuisiue concedi quod caput est totum et pedes sunt totum: postquam pariter componunt totum: et tamen Lamentator et reliqui omnes expresse ponunt differentiam quod partes diuisiue nullo latenus sunt totum, collectiue vero simpliciter sunt totum. Adde quod Apostolus, quibus physicam non docebat, tamen loquitur vt loquuntur homines. Omnia inquit membra corporis cum sint multa, unum tamen corpus sunt. 1. ad corinth. 12. At. S. Thome manifestum etiam est fuisse in hac sententia. Vt namque hic lectione. 4. et loco citato. 5. meta. quod partes sunt unum in toto. Ad idem repetit prima. p. q. xi. arti. 1. vbi ait cum Aristotele quod sunt unum in actu, et multa in potentia: partes autem non possunt esse aliud unum quam totum ipsum. Et tibi. arti. 2. ait quod tota domus est multitudo partium. Et. 4. sent. dist. 44. q. 1. arti. 1. questionum. 2. ad secundum argumentum approbans opinionem Auicene, ait, quod forma totius non est forma partis tantum, et multa aliqua alia preter formam partis, sed totum resultans ex unione forme et materie, comprehendens utrumque: et hec forma (inquit) dicitur humanitas. Ad adhuc expresse exponens. 4. contra gentiles cap. 51. De humanitate (inquit) non est intelligendum quod sit quedam forma consurgens ex coniunctione forme et materie, quasi realiter sit alia ab utroque: quod alias cum ex tali coniunctione fiat hec substantia, si illa forma distingueret, non esset substantialis, sed accidentalis. Unde inferius inferit quod humanitas nihil aliud dicit quam principia ipsa essentialia coniuncta. Et. 1. p. q. 75. arti. 4. ad probandum quod homo non sit sola anima citat Augustinum. 19. de ciuitate dei, in hoc commendante. Garrone dicente, quod homo nec anima sola est, nec solum corpus, sed anima simul et corpus. Et questione. 77. arti. 1. ad primum ponit illam differentiam inter totum uniuersale et totum integrale, quam ponit Aristoteles. 5. meta. text. 31. videlicet quod totum uniuersale predicatur de singulis suis partibus. s. speciebus, diuisiue. vt homo est animal et equus est animal: totum vero integrale non predicatur, nisi de omnibus collectiue. Addit autem quod hec predicatio partes collectiue sunt totum est quodammodo impropria. Non tamen dicit quod est falsa. Ac denique prima secunde. q. 13. articulo primo animal (inquit) nec est corpus solum, nec anima solum, sed utrumque simul. Non ergo fuit opinio aut Aristoteles aut S. Thome totum distingui a suis partibus. At vero quicquid ipsi senserint, rationibus id confirmatur. Atqui ante rationes metaphysicas ratio que prima fronte statim mouet est hec. Unum per accidens, vt si dicas numerus denarius, nihil aliud est quam sue partes (quod, nisi metaphysicissimi homines, negare possunt) homines. n. ita loquuntur. Quinque et quinque faciunt decem. i. sunt decem: tria et tria sunt sex: et ita in similibus. Eadem ratione cumulus lapidum nihil aliud est quam lapides ipsi. vt Aristoteles. 7. meta. text. 60. insinuat, et Scotus ipse confitetur: ergo

ratione simili domus est sue partes, et lignum sue partes. Probatur per similia. Cumulus nihil addit supra numerum, nisi quod partes sunt simul loco. Decem lapides quantumcumque distantes, sunt denarius: sed non sunt aceruus, nisi in unum locum aggregentur. Et eadem ratione domus nihil addit supra aceruum, nisi quod lapides et ligna sint contigua et certo ordine disposita. Tunc sic arguitur. Sicuti lapides et ligna cum sunt loco separata, sunt numerus: et cumulata, sunt aceruus, et tamen disposita et contigua sunt domus: ita pariter materia et forma, que seorsum sumpta essent binarius, si per informationem uniantur, sunt homo. Et aque, que a diversis fontibus fluunt, sunt plures, in mari cum uniantur sunt simpliciter et actu unum. ut. n. quinq; et quinq; facere decem, non est aliud quam quinq; et quinq; esse decem, ita materia et forma per informationem facere hominem, intelligi aliter nequit, quam quod unite sint homo. Atqui impertinens est quod ordo exercitus, aut ordo partium sint relationes distincte, nec ne: quod talis relatio licet fingeretur distincta, nec est totum, nec pars totius, cum sit accidens. Probato non video quomodo materia et forma, que separate essent unus binarius, quod est unum per accidentes, si uniantur per informationem non sint unus homo. Secundo probatur conclusio. Si illa entitas fontibus fluens est totum distinguitur a suis partibus simul sumptis, vel est substantia vel accidens: accidens esse non potest, siquidem est prima substantia: sed quod non sit substantia, satis probat. S. Thomas loco citato. 4. contra gentes. Nam si distinguitur, tunc erit posterius: saltem natura, quod siquidem supponit unionem: et cum per unionem forma ad materia materia formaliter est in actu substantia, quicquid posterius natura sequitur est accidens: sicuti proprie passiones fluunt statim ex unione forme ad materia. Nisi ponas duas in supposito completas subbas. Et confirmat ratio. Vel illa tertia entitas est diuisibilis, vel indiuisibilis: indiuisibilis esse non potest: nam lignum. v. g. est corpus et per se substantia diuisibilis. Nec vero esset intelligibile quod homo esset substantia composita: et tamen humanitas, qua est homo esset diuisibilis. Si autem est diuisibilis et composita, tunc cum non sit composita ex alijs partibus, quod ex materia et forma in quas immediate est diuisibilis, sequitur quod non distinguitur ab illis. Est enim intellectu impossibile aliquid esse diuisibile, nisi in partes que ipsummet sunt. Et sic ait Aristoteles quod continuum est unum in actu, et multa in potentia. Et tertio arguitur. Si entitas totalis distinguitur a suis partibus, sequitur quod seipsa tota differt ab illis et ab illarum qualis, eo modo quo accidens differt a substantia: prius tamen est falsum: quod totum lignum non differt a forma, nisi per materia: et a materia nisi per formam: hoc. n. est quod auctoritatibus supra citatis demonstratur: aial nec est corpus solum, nec anima solum: sed corpus et anima: neque quod animal a corpore differt per animam: et ab anima per corpus. Si autem totalitas illa se sola differret a partibus, neutra in sua essentia includeret: ideoque non differret ab una parte altera. Et tunc summi confirmatio argumendi. Quia que sic se habet ut que quid prius est pars unius est pars alterius, et e converso, sunt idem prius realiter: sed partes unite et totum ita se habent, ut quicquid est pars partium unitarum est pars totum, et e converso: sunt omnino idem. Quarto principaliter arguitur: quod reuera si entitas illa realiter distingueretur a partibus simul sumptis, deus posset entitatem separare a partibus unitis: quod tamen contradictionem implicat. Enimvero responsio istorum, vel non posse unum separari ab alio eo quod entitas illa necessario consequitur ad unionem partium, et per prius partes unite non possunt esse sine illa: et rursum entitatem illam necessario dependere a partibus simul sumptis, et per prius non posse esse sine illis manifeste petit incipiunt. Propterea namque implicat contradictionem unum esse sine alio: quod certe non realiter distinguuntur. Nec est instantia de relationibus: nam idem probato credendum est de propria passione et relatione: nam si distinguatur a subiecto, possunt separari. Et tunc si deus posset separare illam

entitatem a partibus unitis, sequeretur quod si illud totum esset ferrum poteris unius libere, separata illa entitate separaretur pondus unius libere, et nihilo partes remanentes eius de essentia ponderis. De partibus autem integralibus, quod non distinguuntur a toto, est adhuc arguendum, quod non videtur proprie rea solam quod gutta maris separet a mare, quam iterum mari in fundas, aliquam entitatem corruptam esse et postea aliam de nouo genitam: sed est perfectio idem mare. Alia multa id genus argumeta possemus huc acerere: hec tamen sint satis. Secunda conclusio est hec. Ista predicatio materia et forma sunt homo et generaliter partes sunt totum aut totum est sue partes non sunt adeo proprie, ac si dicas materia et forma componunt totum totum resultat ex suis partibus et similes. Hanc conclusionem asserit S. Thomas locis citatis. sententia. et. i. p. q. 77. Et ratio huius est, quod hec propositio partes unite sunt totum non explicat compositionem quam faciunt totum: nam ut ait Aristoteles 2. huius. tex. 31. partes omnes se habent ut subiectum et materia respectu totius, et totum, ut forma respectu partium. Ad non solum est verum de partibus integralibus: sed quodammodo et de partibus essentialibus: nam licet forma sit forma respectu materie, tamen respectu nature totum habet se ambo sicut materia et quod respectu, et totum se habet ut forma existens in illis. Sicuti domus est una forma existens in suis partibus. Quia de causa. 4. huius. tex. 23. dixit totum esse in partibus. Quia licet partes et totum sint realiter idem, propter modum tamen significandi terminorum. scilicet pars et totum que dicunt quodammodo causam et effectum, significantius dicitur totum componitur ex partibus quam totum est sue partes.

2. Conclusio.

Ad primam ergo auctoritatem Aristoteles. Ad Aristoteles.

iam in expositione textus respondimus quod Aristoteles non intendit illic partes simul sumptas distinguere a toto: sed solum loquitur de partibus diuisiue. scilicet quod pars quecumque est unum cum toto. Et contra hoc facit arguendum quod si una medietas esset eadem toti, et alia eadem et toti, inter se essent idem. Nam collectivae nulla esset apparatus quod si ambe simul sumptae essent totum, una esset altera. Sed neque prima pars valet, quod neutra pars est idem toti in hoc sensu quod pars sit totum: sed in hoc, quod pars non est actu separata et per prius nec habet unitatem distinctam a toto. Secunda auctoritas. 5. meta. potius est pro nobis: ait. n. quod sex non sunt bis tria, sed semel sex. Quia colligitur quod sex unitates sunt numerus senarius. Ad auctoritatem tamen hanc, licet aliter quod ne. 2. de quantitate cum. S. Thomas respondimus, dicendum tamen est nunc facilius, quod de numeris possumus loqui aut materialiter, in quantum sunt unitates quedam. Et isto modo Aristoteles non negasset quod tria et tria sunt sex. Alio modo formaliter in quantum quilibet numerus constituit suam speciem, cuius perfectio in indiuisibili consistit, sicut species animalium. Quia sicut species equi quantumcumque multiplicetur non potest adquare speciem elephantis, ita species ternarii quantumcumque multiplicetur nunquam est species senarii. Et hoc est quod ait/bis tria non sunt sex. Tertia autem auctoritas. 7. meta. non bis verius quam alteri opinioni fauet. Non enim simpliciter dicitur quod syllaba non est elementa. i. litere: sed quod non est elementa sicuti cumulus. Nam cumulus nihil aliud ponit quam lapides simul loco: syllaba vero non dicitur literas quomodo cumque dispositas: sed iunctas et compositas secundum certum ordinem. ut/mus/non dicitur solum illas tres literas: sed compositionem et preterea ordinem. Si enim loco dimoucantur, nulla restat syllaba: et si transponantur, faciunt/sum. Non quod ordo ille sit aliquod accidens distinctum. Et quando ita esset, tamen nomen/ syllaba/ non supponeret pro aggregato ex literis et accidentibus, ut aliqui falso profitentur: sed pro literis connotando illum ordinem. Et idem pro his ait lib. 8. tex. 15. videlicet quod totum non est sola coaceruatio partium, sed aliquid preter partes. scilicet partes que per informationem faciunt unum. Ad aliud quarto huius, iam responsum est quod partes dicuntur

tur esse in toto et totū in partibus: nō q̄ distinguant: quia potius ex professo subiungit q̄ totū nō est preter partes: sed intēdit q̄ totū hēt se vt forma respectu partū, partes vero vt materia. ¶ Ad auctoritates. S. thome iam responsum est q̄ nō negat veritatē illarū propositionū/ totū est partes/ sed solā proprietatē. Et q̄n ait q̄ in Lhristo iesu nō fuit solū corpus et aīa, sed vterius forma totius que est humanitas resultās ex cōiunctōe vtriusq̄, loquit̄ aduersus illos hereticos qui dicebāt Lhristū corpus et animā seorsum assumpsisse, non tñ ita q̄ anima informasset corpus. Et ideo ait scdm fidē q̄ nō solū partes assumptatē, sed partes cōiunctas facientes humanitatem: sicuti est in nobis. ¶ Ad secundū principale concedit q̄ esse prius natura est in toto q̄ in partibus: attamē inde uō sequit̄ totū distingui a suis partibus: sed solū q̄ ex vnione partū primū resultat vt res cōposita sit. Nā materia non hēt esse nisi per formā, et forma que educitur de potētia materie, nō producit̄ nisi per p̄ductionē nē totius. Non. n. producit̄ forma ignis, nisi q̄ producit̄ ignis, vt in subsequētibus patebit. ¶ Et eodē mō respōdetur ad confirmationē q̄ lz accidentia sint in toto cōposito, nō sequit̄ q̄ totū distinguit̄ a suis partibus: sed p̄opterea accidentia sunt in toto cōposito, quia esse accidentale presupponit esse essentialē a quo dependet: et q̄ materia hēt esse essentialē per formā, et accidentale, per accidentia, prius natura materia habet esse per formā substantialē, q̄ recipiat accidentia. Et ita seipse exponit illic. S. Thomas. ¶ Ad tertiū principale, q̄d est Scoti respōdetur q̄ dīa inter totū perse (qualis est homo) et totū per accidēs (qualis est aceruus) non est q̄ aceruus sit sue partes, hō vero, non: sed q̄ hōet q̄d cūq̄ ens perse non dicit solas partes, nec quomōcūq̄ vnitas, sed dicit talē vnionē forme substantialis ad materiam, que nō est ens in actu nisi per formā. Quare aggregatū ex subiecto et accidenti eo nō est perse vnū, q̄ accidentēs aduenitenti in actu. Et hanc dīam docet Aristot. s. meta. tex. 15. ¶ Ad primā confirmationē concedit tertiū gñonis esse totū resultās ex partibus, puta substantiā in recta linea predicamētali, negat tñ inde sequi totū distingui a suis partibus. Et ad argm̄. Iste partes causant et cōponūt aliquid: et non seipsas: ergo aliud q̄d ab illis distinguit̄. ¶ Rñdetur imp̄mis q̄ possemus negare minorē: dicētes. q̄ mutuo se causant: nā forma dat esse actu materie: et materia sustinet formā tanq̄ subiectū: q̄d est mutuo se causare. Solutio tñ nō est ad intentionē argumētī: quippe q̄d p̄bat partes efficere vnū cōpositū. Et id quidā ex nominalibus distingūt maiorē. s. q̄ partes cōponant aliquid/ cōcedentes q̄ diuisiue, quelz pars cōponit: sed tñ collectivē ambe simul nō cōponūt aliquid: s̄ sunt ipsunnet cōpositū. Attamē p̄fecto si quelibet pars cōponit, ambe simul sunt cōponēs et cōponēs, et per p̄ns cōplexiue sunt cōponēs: atq̄ a deo cōponūt. ¶ Possēt aliquis forte negare minorē. Nā partes vident̄ causare et efficere seipsas: q̄ nihil efficiūt nisi per vnionē et tñ ipse vnium. Solutio veronō esset vera: nam cōponere et efficere accipit̄ in hoc sensu, q̄ generāt: et manifestū est q̄ nō generāt se: lz vnianf. Relatiuū nāq̄ illō denotat q̄ quelz pars gñat̄ siue a se siue ab alia: et manifestū est q̄ in resurrectione in die iudicij, nec aīa nec materia gñabit: sed totus hō. Quare non sequit̄ vnium ad inuicē: q̄ generant̄. Et id aliter rñdetur negādo simpliciter p̄nam. s. non causant seipsas: ergo aliud: sed solū se quitur q̄ causant et cōponunt totū q̄d ipse sunt: quippe q̄d ex earū coniunctione resultat. Nā terminū illius generationis nihil aliud est q̄ ex cōiunctione illarū fiat vnū totū, q̄d antea nō erat. ¶ Ad secundā confirmationem eodē mō negatur q̄ nō detur aliquid per se genitū. Nā hō est aliquid per se genitū: cū nec materia nec forma sint genite. Et idē est per se subiectū passionū. Q̄d quidē est vnū tertiū ens distinctū a singulis partibus,

Ad. s. th.

Ad. 2. p̄n.

Acciden.
in toto cō
possi.

Ad Sco.

Ad p̄mas
confr.

ad. 2. p̄fr.

non tñ ab omnibus simul. ¶ Ad quartū principale, in quoto multiplicant̄ p̄ncie dialectice, eodē fere pede claudicātes, rñdetur per ordinē. Primo negat̄ illa p̄na/ hoc ens corrūpitur: et hoc ens est vel fuit sue partes: q̄ partes corrūpuntur: nā arguit̄ in quatuor terminis. (Sane cū maior extremitas in p̄missis includit ens singulr et in cōclusionē plurali) sed p̄cludendū est/ ens q̄d est iste partes corrūpitur. Q̄d si arguas in duobus hominibus qui simul corrūpantur. Iste hoies corrūpuntur: et isti sunt vel fuerūt sue partes: q̄ partes corrūpunt̄/ tunc variat̄ appellatio, seu relatio partis ad partē copulatoz que includuntur in numero plurali. S. S. n. maioris est q̄ petrus et paulus sunt hoc ens q̄d corrūpitur et hoc ens q̄d corrūpitur. Et ideo idē copulatū est concludendū in cōclusionē. s. iste partes sunt vel fuerūt hoc ens q̄d corrūpitur et hoc ens q̄d corrūpitur. Et eodē mō dicendū est in verbo/ gñatur/. ¶ Et pariter rñdetur ad argm̄ de Lhristo redēptore nostro: q̄d p̄fecto potius est p̄bis: nā vt illic insinuat Damascenus nullā rem Lhristū dimisit in triduo: sed mors facta fuit per solā separationē nē anime a corpore. Si autē humanitas esset res distincta a suis partibus, aliquā rem dimississet: contra celebrē illā regulā theologozū, q̄ Lhristus nihil eozū dimisit que semel assumpsit. Negatur q̄ illa p̄na/ Lhristus hāc humanitatem dimisit: et hec humanitas est vel fuit iste partes: q̄ has partes dimisit: sed solū sequitur q̄ humanitatem que est vel fuit he partes dimisit. ¶ In p̄trariū aut arguit̄: q̄ nulla est appellatio realis, nisi q̄n duo termini cōnotatiui ponūtur a parte eiusdē extremi: et tñ nec lz/ hō/ est cōnotatiuū, nec ponit̄ a parte eiusdē extremi cū lz/ dimissit. P̄opt̄ hoc argm̄ Dialectici huius tēporis cōcederent, q̄ Lhristus dimisit humanitatem, non tamē humanitatem dimisit. At vero dialecticā semper vellem ad cōmunē modū loquendi accōmodare: et p̄fecto omniū auribus idē sonat siue humanitas p̄cedat siue sequatur. Q̄bidē postq̄ vere anima a corpore fuit separata, nō est negandū, quin humanitas vere desinit esse. Includit. n. lz/ desinit/ tanq̄ substantiū lz/ humanitas: et per p̄ns humanitatem Lhristus dimisit. Rñdetur: ergo q̄ illa regula solū est de terminis cōnotatiuis: sed tñ in terminis predicamētū substantie pōt esse appellatio predicati super p̄uariū significatū subiecti. Et humanitas formalr significat totū cōpositū: q̄d est dicere, partes in quantū sunt vnite. Hoc. n. Et mō peccat illa p̄na. P̄ater est generās: pater est essentia: q̄ essentia generat: sed inferendū est pater qui est essentia generat. Et eodē mō nō sequit̄ Lhristus in resurrectione humanitatem resumpsit, et humanitas est iste partes: q̄ istas partes resumpsit. ¶ Ad primā partē p̄firmatiōis negat̄ illa p̄na quippe que est in quatuor terminis. Iste partes erunt: et iste partes sunt petrus: ergo petrus erit. Nā verbū in antecedenti includit entia, et in p̄sequēti ens. Q̄d si arguas pluraliter de partibus petri et pauli qui simul moriuntur. Iste partes erūt: et iste partes sunt vel erūt petr⁹ et paul⁹: ergo petrus et paul⁹ erunt/ cōcedunt aliqui simpliciter p̄nam et p̄ns: quia petrus et paulus erunt entia. Sed p̄fecto longe melius est negare simpliciter consequentiā: quia lz/ erunt/ in antecedenti includit entia et in consequenti includit in cōmuni modo loquendi idē copulatū q̄d ponit̄ a parte subiecti. s. petr⁹ et paul⁹ erūt petr⁹ et paul⁹. Cōcludendū q̄ est petr⁹ et paul⁹ sunt vel erunt res que erūt. ¶ Ad alia que ibidē subiūciunt̄ sophismata in libris sūmula p̄ rñsum est. ¶ Ad aliud vero: lz simpliciter hac tēp̄tate p̄cedat q̄ duo sunt tria et sunt viginti et in finita, negādū est id tñ in rigore. Nā duo et tria dicunt̄ entia in actu: due autē medietates nō sunt simpliciter duo: q̄ cū nō sint separate, nō habēt duas vnitates. Sed cū addito sūt due partes aut duo in potētia. Et idē negat̄ q̄ duo et duo simpliciter sunt tria: s̄ duo in potētia, sunt tria in potētia. ¶ Ad aliud in rigore loquendo p̄cedendū esset forte q̄

Lh
hū
tem
sit.Ad
confr.

partes essentielles sunt ptes integrales: siquidē totū est sue partes essentielles et sue ptes integrales. Sed profecto satius est aures cōsulere, et negare illā. Nā sensus est, q pars essentialis est pars integralis: et alia essentialis est alia integralis. Quā istī termini includūt copulati: et id tales ppositiones in usu loquēdi denotāt cor respōdētīā partū copulati inclusi in predicato ad partes copulati inclusi in subiecto. Quā ex illis premisissis partes essentielles sunt petrus et paulus, et petrus et paulus sunt partes integrales: concludendū est q partes essentielles sunt res que sunt partes integrales, vt seruetur appellatio. Et eadē rōne negandū est q materie et forme petri et pauli sunt eiusdē spēi: nā sensus est q inter se sunt eiusdē spēi. Quā ex illis premisissis materie et forme sunt petrus et paulus: et petrus et paulus sunt eiusdē spēi: cōcludendū est q materie et forme sunt res que sunt eiusdē spēi. Et oēs iste consequētie sunt formales: quia ly/res/ ponitur solū ad seruandam appellationē. Sequitur in tex. Caput quartū. Ut autē physici rē.

¶ **Text. xxxvj.** Manifestū est igitur &c.

Questio quarta.

Utrū entia naturalia tā ad maximū q̄ ad minimum terminētur.



In illud verbum textus trigesimi tertij, q̄ ex nihilo nihil fit/mouenda fuisset hic questio, nisi q̄ inferi super textū. 78. vbi Arist. sensum horū verborū distinguit aptius disputabit nemp̄. q. 7 vtrū forma educat de potentia materie. De illo vero, q̄ infinitū nō est cognoscibile/abunde dictū est in expositione textus. 33. Est ergo quarta questio circa textū. 36. vtrū entia naturalia ad maximū terminētur, et ad minimum. Ad cui⁹ partē negatiuā argr̄. Primo auctoritate Arist. 2. de aia tex. 41. vbi ait q̄ ignis in infinitū cresceret, si cōbustibilia in infinitū applicarent. Et ratione id cōfirmat. Ignis quantumcūq̄ sit, est actiuus: immo quāto maior, magis actiuus: ergo igne quocūq̄ dato quantumcūq̄ magno, si applicaret stupa, illā cōbureret, sibiq̄ vniret: et per p̄ns non dabitur maximus. Et secundo arguit. Si res terminarent ad maximū aut minimum, maxime id esset rōne quantitatis: sed quantitas de se nullā certā extensionē determinat: ex ratione est sua nihil aliud habet, q̄ facere partes extra partes in quacūq̄ quantitate. Et tertio est cōmune argumentū: quia si daretur maximus hō et poneretur in loco humido aut si illi quis pugno maxillas percuteret, vñ necesse esset ipsū tumescere, sequerēt q̄ desineret esse p̄ vltimū sui esse: q̄ est cōtra Arist. 8. huius tex. 69. Et p̄ vltimū habet sequela. Tumor fit per motū: et mot⁹ incipere nō pot̄ nisi per vltimū nō esse vt in lib. 3. videbimus. Datur ergo illud instās. Tunc bene sequit̄, nunc nō tumescit, et immediate post hoc tumescet: ergo nunc est homo, et non immediate post hoc erit hō (alias daretur hō maior maximo) et per p̄ns desinit esse per vltimum sui esse. Quarto itidē arguitur de minimo. Quocūq̄ ligno quantumcūq̄ minimo dato, quocūq̄ pars est lignum eiusdē nature cū toto, ergo potest esse per se sicut totū. Et confirmatur sicut superius: q̄ quātitas de se nullā determinat extensionē quo ad paruitatē: quia quacūq̄ data pot̄ esse minor. Quinto tandē arguitur: quia etiā dato minimo homine sequeretur pariter q̄ desineret esse per vltimū sui esse. Nā dato illo minimo, si applicetur aliquid diuisiū aut condensatiū, cū diuisio et condensatio sit motus, debet condensatio incipere per vltimū non esse: et illud erit vltimū esse illius minimi. Nā si nunc nō condensatur, nunc est minimum: et si immediate post hoc cōdensabitur, non erit minimum. In contrariū est auctoritas Arist. in hoc tex. 36. vbi

ait impossibile esse carnē, aut os, aut aliquid aliud quā tūcūq̄ esse magnitudine aut in maius aut in minus. Quod repetit in textu. 38. dicēs, q̄ ex minima carne nullū segregabitur corpus: alias erit minor minima.

Questio hec precipua est in hoc primo libro. Et preter q̄ infra suos ipsa physicos limites longa est, recentiores cumulatīs sophismatibus longissimā eam fecere. Unde in multas questiones diuidunt. Aliā questionē de maximo et minimo, aliam de minimo naturali faciētes. Est verū tamen vnica: et rōnes vtriq̄ mēbro de maximo et minimo fere sunt cōmunes. Vbi d q̄ vnica facimus questionē. Quā tamen, quia non pot̄ non esse longiuscula, in tres distribuimus articulos. In primo exponimus terminos, cōmuniq̄ iacimus fundamenta: in secundo disputamus de maximo: atq̄ in tertio tadē de minimo. Duplicē ergo sensum habet que stio hec. Primus est de re: secundus, de mō. i. prim⁹ est an entia naturalia determinentur versus vtrūq̄ extremū. Itaq̄ forma canis non possit tantā informare materiā, quantum forma equi, nec tā minimā, quā tā forma formice. Alius sensus est vtrū esto non possit canis sub quacūq̄ esse quātitate: terminetur tū intrinsicē per maximum q̄ sic, et per minimum q̄ sic: an extrinsecē per minimum quod non, et maximum quod nō. Sunt ergo primū interpretandi quatuor hi termini. Maximū quod sic, est ille terminus quantitatis, sub qua forma naturalis esse pot̄, et sub nulla maiori. Minimum q̄ non, est ille terminus quantitatis sub qua forma naturalis esse nō potest, et sub quacūq̄ minori (que non sit minor termino paruitatis) esse pot̄. Et isti sunt termini magnitudinis: primus quidē intrinsicē: secundus vero extrinsecus. Minimum q̄ sic, est terminus quātitatis sub qua forma naturalis esse potest, et sub nulla minori. Maximum q̄ non, est terminus quātitatis sub qua forma naturalis esse nō potest, et sub quacūq̄ maiori (que non sit maior termino magnitudinis) esse pot̄. Quod dicimus de termino quantitatis quo ad esse forme substantialis, proportionabiliter applicari potest ad potentā, et ad motū, et ad res alias, que terminātur per maximum et minimum. Et maxima distantia ad quē terminatur visus, est illa ad quā potest videre, et vltra illā non potest: et minima que non, est illa ad quā non potest et ad quālibet minorē potest. Et maximum pondus quod potentia potest portare, est illud quod pot̄, et nullus maior potest. Et minima frigiditas quā calor vt. 4. non potest vincere, est illa quā non pot̄ (puta frigiditas vt. 4.) et quālibet minorē pot̄. Et proportionabil in reliquis. Et secūdo notandū q̄ in quacūq̄ materia ex duabus substratis inferat alter disiectiue istoz p̄for, hoc mō. Est alij materia quā forma hōis pot̄ informare, et alij quā p̄ eius magnitudine nō pot̄: datur maxima quā pot̄ vltimū ma quā nō pot̄. Itē est aliqua materia quā talis forma pot̄ informare, et aliqua quā p̄ eius paruitatē nō pot̄: ergo dat minima quā pot̄, vel maxima quā non pot̄. Et suo cuiusq̄ mō in reliquis. His suppositis q̄stio, preter sensus supra signatos, adhuc pot̄ intelligi triplici sensu. Primus de facto: vtrū inter entia que mō sunt sit dabile corp⁹ maximū, vel simplr, ita q̄ nullū aliū cuiuscūq̄ spēi sit maius, aut in ppria spē, itaq̄ nullū eiusdē spēi sit mai⁹. Et p̄portionabil de minimo. Secundus sensus est de possibili supranaturali, vtrū def ali quod corpus ita magnū vt deus supranaturali nō possit facere maius, aut simplr, aut in sua spē: aut ita parū, vt nō possit facere minus. Tertius deniq̄ sens⁹ est de possibili naturali: et sol⁹ iste est ad p̄positū: tametsi de priorib⁹ duob⁹ singula vba adnotam⁹. In primo sensu nō est dubium quin suprema celestiu sphaera sit in re veritate maxima: non solum negatiue, vt nullū sit maius corpus: sed positue, vt sit quocūq̄ alio maius. Immo eadē sphaera est omnū maximum corp⁹: que

Duplex sensus.

Maximū Minimum

Sēs tres q̄stionis.

quod dicitur
aliud maius

naturaliter esse possunt: non tñ eorū maximū que deus
supra natur. aliter pōt facere. ¶ At vero in singulis rez
speciebus necessariū est dare maximū qđ sic negatiue.
Aut enim inter hoies qui mō sunt est vnus hōio alios
quantitate excellens: et tñc erit maximus positieue: aut
sunt aliqui equalēs, alios vero oēs excedentes: et tunc
quilibet eorū est maximus negatiue. ¶ De minimo vero
manifestū ēt est aliquod esse mō minimū oium rez, que
sunt in mundo. Mondū tamen compertū est quod nam
sit illud: nisi dicas illud esse minimū acarū. In singulis
autē speciebus est minimum quod est perse subsistens in
illa specie: aut positieue, aut saltē negatiue: vt dictū est
de maximo. ¶ Sed de partibus que sunt entia tantū in
potentia neq; est dabilis maxima, neq; minima: vt patet
diuidenti continuū per partes proportionales. Et
enim versus illud extremū quo tēdit diuisio non est dabi-
lis minima: et versus aliud nō est dabilis maxima: nā
tres quarte est maior pars q̄ medietas: et tres quarte
cū vna octaua est maior. Et ita cōsequēter. ¶ Propor-
tionabiliter loquendū est de quantitate discreta. Nume-
rus. n. rerū que actu sunt in mundo separate est maxi-
mus de facto numerus, et finitus: sicuti binarius dua-
rum rerū est minimus. Hoc adnotauerim si mō possem
persuadere philosophis huius etatis, ne de partib⁹ lo-
quantur ac si essent entia separata. Aiunt. n. q̄ nullus
est maximus numerus citra infinitū: eo q̄ partes conti-
nui sunt infinitus numerus. Quod tñ expresse Aristo.
negat. 3. huius tex. 68. et. 69. vbi expresse ait, q̄ numer⁹
non est infinitus, nisi in potētia: q̄ numerus sit p actua-
lem diuisionē continui in plures vnitates: et ideo quos-
cūq; dato pōt dari maior: sed quia continuū non potest
esse diuisum in omnē suā partē, sit vt nec numerus pos-
sit esse infinitus. Quā continuū nec est plura simplr, nec
est numerus: sed oēs partes sunt vnū, vt frequētissime
repetit Aristo. Et eadē rōne nulla pars ipsius cōtinui
est maior: aut longior q̄ ipsummet continuū. Singunt
enim in pedali lineā giratiuā cuius prima pars circuat
primā partē proportionale: secūda vero secundā: et ita
consequēter. Et hanc dicunt esse infinite longā. Quod
profecto falsissimū est, cū non sit actu sepata: immo nec
forte est separabilis, vt videbimus lib. 3. questione de in-
finito. Quare nulla pars pedalis est longior q̄ pedale.
Hec illa prima pars lineę giratiue est longior, q̄ semi-
pedale: q̄ non vltra extēditur secundū lōgitudinē. Et
non solū Aristo. sed quicūq; sapiens ita loqueretur. Fa-
teor tñ q̄ si filiū separatū circueret illo mō primā medie-
tatē pedalis esset tā longū q̄ faceret circulū: sed nō pos-
set illomō circuire oēs partes proportionales. ¶ Hinc
sequitur cōtra quosdā in hoc loco, q̄ in rei veritate est
nūc maxima velocitas mot⁹, vt patet de velocitate pri-
mi mobilis. Megant tñ hoc quidā hac ratione: quia cū
primū mobile moueat super polos, quanto partes sunt
propinquoiores polo, tanto minorē circulum describūt
(vt in sphaera materiali quisq; pōt videre) et cū nulla sit
pars propinqua polo qua nō sit alia propinquoior: si di-
uidatur orbis per partes proportionales versus polū
et per cōsequēs illa minorē circulum describat, dicūt q̄
versus polos non datur tardissimus motus: sed quocū-
q; dato adhuc est alius tardior. Et eadē ratione cū non
sit dabilis pars ita propinqua equinotiali qua non sit
alia propinquoior: si diuidatur orbis versus equinotia-
le et per pñs maiorē circulū describat, inferunt q̄ vers⁹
equinotiale nō datur velocissimus motus: sed quocūq;
dato alius est velocior. Eodē mō si diuideretur orbis se-
cundū grosiciē, tñc versus conuexū non datur velocissi-
mus motus, q̄ quacūq; parte data adhuc est alia ppin-
quoior, que facit maiorē circulū. ¶ Hec tñ profecto nō
sunt philosophica: nā signare possumus punctū in super-
ficie conuexa primi mobilis in linea equinotiali, quod
quidē faciet maximū circulū: et per conseques ille est ye-

Non est
max. nec
mini.

Numero
maxim⁹.

Linea gi-
ratiua.

locissimus motus totius orbis. Et hoc siue dētur lineę
et superficies indiuisibiles siue nō: q̄ sic ptes nō sūt actu
distincte a toto, sed efficiūt vnū cū toto, ita nec motus
ptiū est ali⁹ a motu totū. Et iō totū primū mobile mo-
uet tā, veloci⁹, q̄ illud pūctū ad imaginationē signatū.
Unde in primo mobili nec datur motus tardior: nec ve-
locior: nisi in potētia: quia. s. per potētiā supra natura-
lē possunt actu diuidille partes. Sz de his satis. De se-
cundo sensu questionis an datur aliquod ita maximum
quod deus supernaturalr nō possit facere maius sermo
nē facturi sumus articulo sequenti, postq̄ viderimus
quid sit de potentia naturali.

¶ In secundo igitur articulo videndū
est an entia naturalia terminent ad maximū, ita vt nō
possint esse naturalr sub maiorē quantitate. Et vt dixi-
mus in principio duplex est sensus: primus de re, an hō
.v. g. nō possit esse quantacūq; quātitate maximus nec
quantacūq; minimus: et secundus de mō, vtrū termine-
tur intrinsicē per maximū q̄ sicut minimū q̄ sic, an po-
tius extrinsicē. Unde ad ambos sensus respōdem⁹ sex
pclusionibus tā de potentia naturali, q̄ de supernatu-
rali. ¶ Et vt certa ab incertis discernamus, prima con-
clusio est. In omnib⁹ viuētibus, tā in animalibus q̄ in
plātis, est dabilis certus terminus augmēti et decemē-
ti, siue intrinsicē terminē siue extrinsicē: ita vt nec pos-
sit esse hō aut equus aut planta, ita magn⁹ sicut mons,
nec ita paruus sicut formica. Hanc cōclusionē expresse
asserit Aristo. hic tex. 36. et. 38. et presertim. 2. de anima
tex. 41. vbi ait q̄ oīz nā constantū tñs est et rō magni-
tudinis et augmēt. Quō vno consensu quotquot sunt
philosophi cōcedunt. Hec de hoc est p̄trouersia. Et pri-
mo id cōstat experientia: q̄ quō nunq; hactenus natura
fecit, argumētum bonū est in naturalib⁹, illud natura
nō posse: nunq; autē auditus est hō quantus est mons:
nisi qđ poete de Atlante fingūt. Rō tñ conclusionis in-
sequēti statim patebit. ¶ Secūda cōclusio. Viuētia termi-
nantur quo ad magnitudinē intrinsicē per maximū quod
sic: ita vt de tātus hō, quo maior p naturā esse nō pos-
sit. De hac cōclusionē cōtrouersum est inter phos: saltē
iuniores. Sunt. n. qui eā negāt pp̄ tertiū argumētum
principale, qđ supra fecimus: q̄ si daref maximus hō,
nō posset intumescere, quin dīneret esse per vltimū sui
esse. Et iō asserūt augmētū rez nō terminari intrinse-
ce p maximū, qđ sic: s; extrinsicē p minimū qđ nō. Sūt
itē qui illā cōcedentes probāt: q̄ possent oēs cause na-
turales tā bene aptari et cōcurrere ad pductionē vni⁹
hois, aut equi, aut ignis, vt optimū et maximū per na-
turā producerēt. Sed tñ prius q̄ a posteriori per incō-
uenientia, exanimāda est a priori veritas ex pprijs prin-
cipijs. Rō vero potissima cōclusionis est hec: quā docte
.S. tho. 1. p. q. 7. arti. 3. expressit. Forma quęcūq; natura-
lis determinat sibi certa accidētia, vt ignis tātā intē-
sio nē caloris et siccitatis et c. inter alia s; accidētia est quā-
titas et figura que fundat in quātitate: q̄ forma (.v. g.)
humana sic determinat alia accidentia, ita determinat
certā quātitatē materie quā aiare pōt: quā cū aiauerit
erit maximus hō. ¶ Sed dicet aliq; hoc solū pbare, q̄
nō poterit animare quā tācūq; quātitatē: nō tñ pbat q̄
terminet ad maximū qđ sic. Argf nihil⁹ ostēdēdo vim
argumēti. Forma quęcūq; intrinsicē terminat ad certā
perfectionē quā positieue in se hēt: itaq; forma eq̄ h; (.v.
.g. pfectionē vt q̄tuor inclusiue, et forma elephātis pfe-
ctionē vt. 5. et forma hois pfectionē vt. 6. Sūt. n. spēs si-
cuti numeri. Tūc sic forma eq̄ intrinsicē ppositiue inclu-
dit tātā pfectionē q̄ est maxima quā pōt hēre: q̄ intrinsicē
ēt determinat. v. g. calozē vt. 7. frigiditatē vt duo, et sic
de alijs accidētibus que sunt maxime eius dispōnes: et
go intrinsicē determinat tātā quātitatē, quā informare
pōt que intrinsicē terminet ad maximū et ad minimum.

Arti-
secūda

1. 2.

2.

2. 2.

4

3

Quare hoc etiā argumēto vtemur ad asserendū minū. Neq; ad vim rōnis huius quicq; refert quantitātē distingui a re quātā nec ne. Utroq; n. mō pcedendū est q; accidētalis dispō est requisita ad conseruationē forme substantialis. **S**ecūdo probat cōclusio specialit̄ in viuētib; Anima viuētis auget suppositū per nutritiōnē cōuertendo alimentū in substantiā aliti: sed hec virtus augmētatiua est finita, cū essentia ipsius forme sit finita: q; dabitur aliquis t̄us vltra quē nō poterit progredi in augmētatione. Et q; ille sit intrinsecus. s. maximus qui sic, iam probatū est: q; cetera accidētia que talis forma requirit illo mō terminat ad maximū: ergo et quātitas. Et cōfirmatur. Forma quecūq; viuētium determinat sibi certū tēpus durationis, vltra qd progredi non pōt. Alia. n. aialia sunt diuturniora q̄ alia, et alie arbores diuturniores alijs, nihilo oia habēt suā vite periodū: ergo pariter in augmēto est dabilis t̄us. Quod vel experiētia ipsa cōpētū est. Crescunt. n. vsq; ad certū tēpus, et tunc cessant augeri. Et tandē confirmatur auctoritate Arist. ponētis minimā carnē et eadē rōne maximā. Hanc de causa non enūciauimus has cōclusiones, vt a quibusdā enūciātur, sub his verbis. Omne totū eterogeneū. i. habēs partes alterius ratio nis q̄ totū, terminatur rē. nā q̄uis forsan omne viuēt, etiā plāta, sit eterogeneū (in plāta. n. sunt folia fructus et cortex rē.) tñ causa cur habent rationē et terminum augmēti, nō est q; sunt eterogenea, sed q; habēt formā vitālē. Et ideo vt formalis esset ratio, asseruimus conclusionem sub verbo quod eius causam insinuat. **T**ercia cōclusio. Quod dictū est de viuente, intelligē dum pariter est de eius partibus, et alijs accidētibus que ad conseruationē forme requiruntur. Immo nō solū in viuētib; sed etiā vniuersaliter in omnib; reb; naturalib; accidētis optime cōseruantia formā terminantur ad maximū et minimū naturaliter. Hanc cōclusionē prædicit Arist. hic in isto tex. 36. vbi facit argumētū, q; si partes nō terminantur in augmēto et decremēto puta caro / os caput / rē. (de his. n. ptib; vt in cōm. diximus loquitur Arist.) nec totū terminabitur. Unde ex opposito consequens sequitur, q; si totū terminetur, partes etiā et accidētia terminantur. Et ratio est eadē, quā iam mō faciebamus, q; vnaqueq; forma naturalis determinat sibi reliqua accidētia sine quibus naturaliter conseruari non pōt: nec enim esse pōt aqua tam rara: q; aer, nec aer est tam densus: q; aqua. Et pariter calor non pōt esse intensior q; ille qui est naturalis igni: nec frigiditas pōt esse intensior, q; illa que est naturalis aque. **Q**uarta conclusio. Elemēta et omnia alia mixta nō viuētia terminantur naturaliter ad maximū quod sic. Naturaliter in q̄. i. ordine rerum vniuersaliū seruato, puta orbū celestū et sub celestū elemētōrū. Probatur manifeste nā celestes orbis, cū sint in generabiles et in corruptibiles, non possunt per naturā ampliores et capaciores esse. Tunc sic. Concauū orbis lune est finitū: ergo intra illud non potest maior esse ignis q; quē orbis lune capiat. Eadē ratione probatur de aere: quia non pōt esse maior aer q; qui continetur sub orbe ignis existentis sub vitima cōdensatione qua esse potest: aer nāq; crescere non potest sursum, nisi ignis condensaretur: nec deorsum, si condensaretur aqua: et cū, vt pcedens conclusio asserbat, de veniendū sit ad sumā condensationē et ignis et aque, ita vt sub maiori talia elemēta esse non possent, non possent amplius aer crescere. Et eadem est ratio de mixtis. **Q**uinta conclusio. Igni ex sua natura non repugnet in infinitū crescere si infinita cōbustibilia ei applicentur: atq; a deo in hoc sensu nō terminatur eius augmētū, nec intrinsece per maximū quod sic, nec extrinsece per minimū quod non. Hanc conclusionem manifeste asserit Arist. loco citato in p̄m. o argumēto p̄ncipali.

His igitur et alijs omissis expositio nibus, quid sit educi de potentia materie scrutandum est ex significatione ipsa nominū: que vbiq; magnā hēt energiā ad explicandā naturā rez. Iḡ cū educi dē sit, qd extra duci, i. inde extrahi vbi pñ⁹ erat, educi aliquid de potētia materie (qd. 1. p. q. 90. arti. 2. ad scōz vno verbo significauit. S. Tho.) est actu id fieri, qd prius erat in potētia materie. Et qz oēs forme tā substantiales ḡ accidētales ḡnabiliū et corruptibiliū, preter animā rōnalē, anteq; actu sint pcerant in potentia materie, vel subiecti, vbi recipiunt, sit, vt qñ producunt, educātur de potētia materie. Sed qz aia rōnalis nō pferuit in potētia materie, nō educit de potētia materie. Et vero declarare restat quid est formā pcesse in potētia materie, hinc. n. res ista pēdet. Rñ dicitur q formā esse in potētia materie, nihil aliud est ḡ dependere in fieri et esse a mā in ḡnē cause receptiue et passiue. Ad per causas efficiētes explicari pōt. Enimvero inter alios modos quibus Arist. 4. huius. tex. 23. docet aliqd esse in alio, vnus et pceptiu⁹ est, esse in illo tanḡ in causa. Erat. n. mūd⁹ in deo anteq; fieret. i. in virtute pductiua dei: et oia generabilia sunt istomō in sole: et fruct⁹ in seminibus: dñāq; cū nux subty terrā cōdit, illic esse arborē: et in semine est aia. At qui in moralib⁹, dicim⁹ in potestate alius aliquid esse: qz illud facere pōt. Sicuti dicimus in

rege esse vitā illius qui meruit mortē. Eodē formam a liquid esse in potētia materie, nihil aliud est, ḡ dependere a materia in fieri et esse: nō quidē in ḡnē cause efficiētis, sed in ḡnē cause mālis: qd est gen⁹ causandi passiuē. Et qz oēs forme, preter animā rōnalē, fiunt et sunt dependēt a mā, optime dicitur eē in potētia materie/atq; a deo inde educi. Sed quereretur quispiā cū aia rōnalis producatur positus dispōnibus in materia, et non alit: veluti producatur forma equi, vnde arguitur non dependere a mā? Rñ dicit q quicqd Arist. de hoc senserit (qd alio rōnis est negociū disputare, ad libros de aia pertinentis) lumē tñ nobis fidei id certo reuelauit. Credimus. n. animā per se subsistere. Ad est dicere suapte natura in suo esse nō dependere a corpore. Enimvero vt. q. precedenti dicebamus, nō est dicendū animā esse perpetuā, eo solū q a deo cōseruāt, sicuti posset formā equi ppetuo cōseruare: esset. n. hoc rez negare naturas. Si. n. equū aut eius formā ppetuo deus cōseruaret, miraculū esset, et supra naturā rez: q autē aia rōnalis daret sine corpore, sua natura est, velut est natura āgeli, eo q est immaterialis. Sed forme alie vniuerse, cū sine miraculo esse nō possunt nisi in corpore, sit vt naturalr dependant a materia. Et cū eodē mō se habeat res ad produci, sicut ad esse, sit vt forme alie dependēt in fieri a materia: aia vero rōnalis, minime. Et hoc est formas alias ante eaz rū productionū pcesse in potētia materie: rōnalis rō, non. Et inde sequit q alie producunt a materia dependēt. qd est dicere mā suo mō cōcurrente ad esse forme: anima vero rationalis producatur non concurrente materia ad eius productionem.

Ex his ergo colligitur conclusio exceptiua, qua ad titulū questionis rñdetur. **H**is forma generabiliū preter rōnalē, educit de potentia materie. **H**is inḡ tā substantiales ḡ accidētales, preter formā celli: qd neutiq; est ḡnabile. Ad alie forme preter rōnalem educant de potētia materie, est sententia Arist. in hoc textu. 78. vbi ait res nō fieri ex nihilo, s; ex ente in potētia, ḡlis est materia. Et copiosius hoc disserit. 1. de generatione tex. 11. et infra: vbi questio hec tractari ēt solet. Et rō ex ijs que dicta sunt colligit sub tali forma. **H**is forma que in esse dependēt a materia sit dependēt a materia: sed ois forma ḡnabiliū, preter rōnalē, in esse dependēt a mā: ḡ sit dependēt a materia. Ad est educi de potētia materie. Ad aior est nota, qz, cū fieri sit esse acq; rere, vnaqueq; res vt hēt esse, ita sit: et per ḡns que dependēt in esse, dependēt ēt in fieri. Et minor p3 ex superius dictis. **D**e anime vero pductiōe quid senserit Arist. nondū satis exploratū hābēt interpretes. Tametsi mētē que est pars intellectiua anime manifeste asserat esse a materia separata. i. independentē: vt p3. 1. de aia tex. 65. et lib. 3. tex. 20. et copios⁹. 2. de gene. animalū. c. 3. vbi animā vegetatiuam et sensitiuā ait educi de potentia materie, intellectū vero venire de foris. Quapropt, nisi frenesis illa Lōmentatoris audiatur, ponētis intellectū rem esse distinctā ab aia, quē, aia corrupta, perpetuo inquit permanere, certū est Arist. posuisse animam perpetuā. Ad si est ppetua, tūc sicut in esse nō dependēt a materia, ita neq; sit dependēt a materia: et per ḡns de eius potētia nō educit. Sed hinc sumitur magnū argumentū q sedz ipsum fuerūt ēt anime a parte ante ppetue: qz nondum nouit a solo deo quicq; creati posse. **H**us de causa intelligētias posuit esse perpetuas: nēpe que cū nō possint per ḡnōnē fieri, nō vidit quomō aliter fieri possent. **H**ac tñ questionē ad primū vsq; de aia res ponamus. **S**upponim⁹ tñ nūc ex fide animā rōnalē naturaliter esse posse sine corpore: et tūc facimus argumētū. **N**ulla forma que inesse nō dependēt a materia, dependēt ab illa in fieri: aia rōnalis nō dependēt in esse a materia: ḡ nec qñ sit educit de potētia materie. **Q**uod si quis

arg
dis
dici
spo
q a
tio
ma
sp
rie
sed
in
rat
de
pl
ma
me
ne
inter
et an
me
s.
per
ria
zur
R
sist
qu
pu
lā
ra
tu
de
p
set
p
lā
sit
pl
th
na
ca
ti
ue
tu
cō
te
et
ti
na
te
m
di
m
d
m
a
p
d
m
d
t
g
r
a
c
d
r

Super

Prim.

physi.

Virtus seminalis.

vt sic dicamus, respectu artificis: quatenus ars presuppouit nam. Sed de hoc copiosius lib. 2. Et ede sunt prolixius solutiones ad primu principale argum in capite questionis cu sua confirmacione. Et qz illic fit metio de virtutibus seminalibus, rñ def hã esse dñtam in viuẽtia et nõ viuẽtia, qm in solis viuẽtibus vtus actiua est cõ iuncta materie in eodẽ supposito. Et in nucleo oliue, sub terra posito est virtus actiua, que de mã in qua est educit formã oliue: et in arbore est virtus que de mã arboris educit fructus: et in semine aialis existẽte in matrice femine, est virtus actiua impressa ab agẽte, que educit formã de potẽtia materie in qua est. Et vero nõ viuẽtia, vt elemẽta, nõ generant p virtutẽ actiua, que fit in mã vnde educit formã: sed p dispõnes que ab agẽte recipiunt in mã sepata. Velut ignis generat ex stupa mediãtibus dispõnibus quas stupa recipit ab igne. Quo circa vtutes seminales (atqz adeo nomẽ feminis) solũ pcedende sunt in viuẽtibus. Semẽ. n idẽ pollet qd mã cui iuncta est virtus actiua, educẽs formã de ei materia. Sed de hoc latius alias. Ad scdm principale argum cu suis cõfirmationibus satis rñsum est vñ exponendũ quid nã sit formã educi de potẽtia materie.

Ad scdm princip.

Articulus tertius.

Creatio.

At vero circa materias tertij principalis argumenti superest in hoc. 3. articulo. breue facere verbũ de creatione. Ad intelligẽti rõnẽ educationis forme de potẽtia mãe facillimũ erit. Atqz, vt a diffinitio ne exordiamur, creatio est pductio alicuius ex nihilo. Hoc cõmuniter doctores exponũt qz sit pductio alicuius nõ p supposito subiecto. Sed. S. To. 1. p. q. 4. 3. art. 1. id exponit sub his verbis Creatio est pductio totius entis, seu entis in quantũ ens. Et in re idẽ est, si nõ recte vtraqz diffinitio intelligat. Nisi qz diffinitio. S. thom me significãtius exprimit, et verba phi, et naturã creationis. Et ubi notandũ est qz fieri aliquid ptingit tripliciter. Primo nõ fieri scdm quid: que est acquisitio alicuius accidẽtis. vt fieri calidũ, fieri albũ. Et dñ hec factio scd3 quid, qz p supponit subm, qd sit subã ppleta pfe subsistẽs: qua de causa, vt superiõri qõne dictũ est, forma accidẽtis adueniẽs nõ facit vnũ simplr cũ subiecto, sed vnũ p aggregationẽ. Scdo nõ fit aliqd simplr qñ sit substãtia. Et hec dñ factio simplr, qz nõ presuppõnit subm, qd sit subã cõpleta pfe subsistẽs, s3 sola mã prima, que est pura potẽtia ad formã: ob quã causã forma substãtialis adueniẽs facit vnũ simplr cũ mã. Tẽpe qz mã non erat vnũ ens simplr absqz forma. Idos duos modos tractat Arist. in hoc lib. per totũ. c. 7. et expresse distinguit tex. 61. Et tertio nõ aliqd dñ fieri scdm se totũ in quantũ ens. i. eo nõ, vt nihil illius p supponat, s3 fiat ex nihilo. Et hec dñ pductio totius entis, et pductio entis in quantũ ens: que est creatio: quã Arist. nec phi nãles cognouerũt. Manifesta sit hec diffinitio rõne Arist. Fieri vnũ qd3 est nouũ esse aut esse tale aquirere: qd est fieri ex eius puacione: albũ. n fit ex nõ albo: et musicũ, ex nõ musico: vt ait hic Arist. tex. 43. nã quod erat ante albũ nõ fit albũ. Et tex. 76. si canis (inquit) sit ex equo, tũc nõ fit aial in quantũ aial, sed in quantũ canis: nã rõ cõis aialis erat antea in equo. Nec canis fit ex nõ aiali, s3 ex nõ cane. Et eadẽ rõne hõ fit ex nõ hoie: et lignũ, ex nõ ligno: et ita in singulis, vt illud fiat cui rõ nõ immediatẽ precesserat. Ergo eadẽ analogia ens simplr fit ex nõ ente: qd est dicere ex nihilo. Fieri autẽ ex nõ ente, est qz nullũ ens priorẽ p supponat ad pductionẽ eius. Vñ egregie pfecto, vt pleraqz oia. S. Tho. 1. p. q. 4. 4. art. 2. metitus est cognitionẽ naturalĩ p hõz. Quippe quos ait solũ cognouisse pductiones particulares: puta albũ fieri ex nõ albo: et calidũ fieri ex frigidõ: et ignẽ fieri ex nõ igne: et equũ ex nõ equo. Et qz puatio partiũ entis salua in aliquo subiecto: vt puatio albi salua in nigro: et puatio caloris, in subie

Fieri tripliciter.

cto frigido: et puatio forme ignis aut forme equi, in alia mã que est sub alia forma, inde habuit Arist. et antiqui pro principio pfe noto qz qquid fit, fit ex presuppõsito subiecto, cui accidit puatio talis forme. Et id nõ dicit qz hõ fit simplr ex nõ ente: s3 ex nõ ente tali. s. ex nõ hoie: nã semẽ nõ est nõ ens, sed nõ hõ. Deus autẽ, qui est vñ causa entis in quantũ ens, põt ens ex nõ ente pducere: et per pñs mãz, atqz adeo viuẽtũ creare. Et p quo se quis aliud esse fieri ens simplr, et aliud fieri ens in quantũ ens. Nã quotiescũqz gñatur substãtia, fit ens simplr, ad dñam alteratiõis que est factio scdm quid, vt fieri calidũ. Tamẽ qñ fit hõ aut equus nõ fit ens in quantũ ens: nõ rõentis precessit in mã ex qua fit equus: et id quod erat, nõ fit: s3 fit equus in quantũ equus. Quis autẽ qz rem creari est pducere nõ p supposito subiecto: et rẽ generari est rẽ pducere presuppõsito subiecto: intelligendũ est nõ p supposito, pcurrente ad pductionẽ: nã anima rõnalis: s3 nõ pducatur, nisi in subiecto, non tñ presuppõnit subm tanqz cõcurrẽs ad pductionẽ. Et tamẽ multo pfecto significãtius dicat qz aliqd creari, vt ait hic magnus Albertus, siue sit mã, siue forma, siue presuppõsitũ, siue accidẽs, est scdm se totũ pducere nihil aliud. i. nulla eius pte p supposito. Hoc. n. nomẽ creatio nis designat. Quã ob rẽ, s3 in pductione equi nõ supponere mã, supponere tñ, ex natura pductionis, aut forma, aut alia pars integralis, reuera nõ crearet. Quã si arguas tũc subsequi formas oẽs substãtiales et accidẽtia creari, qz forma equi pducit nulla eius pte presuppõsitã. Hec autẽ certe sequela: qñ forma equi, vt superiorũ articulo dicebamus, non pducit, sed cõproducit: qz nõ hẽt pfe esse, s3 esse in supposito. Et multo mñ ac cidẽtia pducunt, s3 cõproducunt. Eñ uero si essent forme in suo esse in depẽdẽtes a mã, tũc reuera pducerẽt, sic aia pducit: atqz adeo crearetur: s3 recipere in mã: sed ppterea nõ creant: qz simplr non pducunt. Hõ vero et equus et qd cũqz suppositũ, s3 simplr pducant, qz habẽt pfe esse, nõ tñ creant, qz equus nõ pducit scd3 se totũ: sed p supponit aliqd sui, puta mã. Et ex his seqtur vanã esse illã diffinitionẽ, qua aliqui distinguũt, dupliciter aliquã causã effectũ creare. Vno nõ qñ pducit rẽ in depẽdẽter ab alia quacũqz causa. i. nulla alia superiorũ cõcurrẽte. Et hoc modo implicat cõtradictionẽ aliquã causã scdam creare: qd ppeqz semp depẽdet a deo. Aliomõ qñ aliqd pducit non p supposito subiecto. Eñ uero gratis fingit ille primus modus creãdi: cũ creatio nullũ respectũ dicat ad causã efficiẽtẽ, s3 ad subm vel partẽ rei. Et id si causa scda pduceret aliqd ex nihilo, hoc esset pprissime creare: s3 in gñe cause efficiẽtis depẽderet a deo cõcurrente. Sequit scdo, qz neqz op est alia diffinitione quã claritatis causa ponit Scotus in quarto et alij, vt refert Laie. 1. p. q. 90. art. 2. f. qz creari stat dupl: vnõ nõ p supposito subiecto, quã ad modũ creari aia: aliomõ nullo presuppõsito subiecto. vt creat fuit mũdus. Quã reuera isti modi nõ differunt in rõne creationis: siquidẽ mã nõ presuppõnit ad pductionẽ aie, vt explicatũ est: s3 ad animationẽ. Et id pprissime et simplr creari aia. Hec est aliõ modus, nisi vnicus, creationis: que est pductio ex nihilo. Et multo pfecto minus apparẽtie hẽt dñã. 2. sent. q. 4. vbi ait qz ois pductio forme est gñatio respectu cause scde, et simul creatio respectu dei. Itaqz cũ ignis gñat ex stupa, dicit qz respectu ignis generãtis illa est gñatio: qz ignis non põt ignẽ pducere, nisi depẽdẽter a mã: s3 respectu dei, est creatio: qz talis pducit illã formã, vt possit illã se solo pducere. Et idẽ est de pductione equi et de productione hois: ita vt nulla sit dñia mã aiaz rõnalẽ et alias formas. Et reuera hoc phiẽ prolixius aduersat: deus. n. vt ait Augustinus sup primũ cap. genesis, post primã creationẽ mũdi nihil vnqz creauit pres aia m rõnalẽ. Vñ s3 possit formã equi se solo pducere, nõ tñ illo pcurũ gñati quo

Solu. con cre ter tẽ v Cl hie net Et uei pro equi ca ent tã pñ fin nie effi cut qu lo) eif ree vñ mu an re. isa se la nõ t. pre nu gñi loc nã cũ dũ ta rei fin ou tu cõ tã lo re nẽ m ca hi lũ ta ec es tẽ ig ri ce su p: al ti el h rã n in e n p

Solu. creat

isa se la no t.

concurrat cū equo et cū virtute seminis obidēq̄ mō non creat illā. **C**ōclusio fundamētis adnotatis cōclusio huius tertij articuli est exclusiua. **T**erminus deus pōt creare. **S**alutē virtute nāli. **E**t eadē rōne solus ipse pōt annihilare. **C**ōclusio p̄clusionē, vtpote que theologa est, nō intēdim⁹ hic ad vnguē examinare, sed quaten⁹ ad physicā pertinet aperire. **Q**uod de⁹ possit creare, p̄ter lumē fidei. **S**. **T**ho. i. p. q. 45. arti. 1. hac naturali ratione ostēdit. **U**niuersaliores effectus vñoribus causis competunt, sicut producere ignē, puenit igni: producere equū, cōuenit equo: s; pducere in vniuersū substātiā, puenit soli, qui causa est oīs substātie gnābilis: at inter oēs effectus rōentis est vñissimus p̄prehendēs accidētia et substātiastā corpales q̄ spūales: q̄ ille cōuenit vñissime cause. **E**t p̄fecto eggregia rō metaphysica: cuius sciētie est altissimas redere causas, vt. n. ignis est p̄ticularis causa ignis: et equ⁹, equi: et calidū, calidi rē. ita de⁹, qui cū sit essentie infinite virtualr cōtinet omnē rōnē entis, pducit vltter ens, et omnē rōnē entis: pducere autē ens in quātū ens, est pducere ex nō ente (q̄ est dicere ex nihilo) sicut pducere hoīez est pducere ex nō hoīe (id. n. pducit, cuius rō immediate nō p̄cessit) q̄ deo p̄p̄riū est res ex nihilo pducere: q̄ est creare. **E**t p̄fir. **D**eus est vñissima et p̄ma causa: q̄ est causa oīum entiu: sed sunt multa entia que, nisi per creationē, pducī nequeūt, vt angeli, aīa rōnalis, cellū, et mā p̄ma: q̄ hec potuit creare. **I**mpugnat hāc rōnē Scotus in. 4. d. 1. q. 1. sed nō est presentis loci impugnationes eius afferre. **Q**uod autē nulla causa scda possit creare virtute p̄p̄ria, sicut pōt gnare, omissis alijs rōnibus, quas. **S**. **T**ho. et Scot⁹ locis citatis, et theologi. 2. sent. d. 1. faciūt p̄tra **D**uicēnā, qui. 9. meta. c. 4. tenet primā intelligentiā creare se cū dā: et scda, tertiā rē. vulgatissima rō est hec. **A**d creādū requirit virtus infinita: nulla sc̄tus creata est infinita: q̄ nulla talis pōt creare. **M**aior probat **C**reare est rem ex nihilo pducere: sed inter nihilū et aliquid est infinita distātia (quippe que omnē distātia inter quēcūq̄ duo positiua extrema exuperat: q̄ requirit infinitā virtutem. **H**anc itidem impugnat Scotus loco citato, cōtendēs p̄bare, q̄ inter nihilū et ens finitū nō est distātia, nisi finita. **M**ō. n. (inquit) plus distat formica a nihilū, q̄ est quātitas p̄fectiōis eius. **E**t iō pducere aliquā rem finite p̄fectā ex nihilo, nō arguit infinitā p̄fectiōnē. **P**̄termissa autē examinatione hui⁹ litis. **S**. **T**ho. mas loco citato ad tertiū argm̄ eggregie p̄fecto expliat hāc rōnē. **U**bi nō ait, distātia esse infinitā inter nihil et aliquid: sed arguit hoc mō. **V**irtus potētie nō solū attendit ex p̄fectione effect⁹, sed ex mō pducēdi, puta q̄ citius aut alio faciliōri mō pducatur: q̄ quāto agēs educit formā de potētia magis ab actu remota, tanto est maioris virtutis: et per p̄ns si educit illā de nulla potētia, erit virtus infinita. **E**xēpli grā, q̄ ignis educat ignē de potētia materie stupe, que est ligata sub p̄traria forma et dispōnib⁹, arguit aliquā virtutē: s; q̄ educat illā de potentia materie ferri, que est magis ligata sub dispōnibus remotiorib⁹, est maioris virtutis (et iō parū ignis nō inflāmaret ferrū) q̄ pducere ignē nulla p̄supposita mā, arguit infinitā virtutē. **E**t p̄fir. qz alias si virt⁹ agētis p̄sanda est solū ex p̄fectione effectus, et nō ex t̄fo a quo, vt vult Scot⁹, tūc q̄lis virtus esset educere ignē de potētia materie, et pducere ex nihilo. **E**t confir. scdo qz pducere ignē de mā cell, argueret infinitā virtutē, eo q̄ illic nulla est potētia ad ignē. **D**isputatio sese hic late patēs insinuat, an saltē instrumentāl creatura possit cōcurrere ad creationē tanq̄ instrumentū per virtutē supernālē dei: qd. **S**. **T**ho. illic negat, p̄pterea qz creatura nō pōt hēre actionē p̄p̄riā erga nihil, et iō nō pōt assumi et eleuari a deo, vt sit instrumentū creationis: sicuti si ferra nō haberet actionē p̄p̄riā circa lignū, nō possit assumi vt instrumentū

ab artifice ad faciendū scanū. **H**ec nō disputatio altior est, q̄ vt physicis sit aliquomō tractāda. **L**ōcitan da. n. esset hic mā de sacramētis, an gratiā creēt: et de sacramēto altaris, quō dū vermes generant ex hostia p̄fecta ta excuset illic creatio, cū nulla videat p̄cessisse mā: et mā de miraculis, vtrū **L**hristus mediāte humanitate fecerit miracula pducēdo visuz per tactū oculoꝝ, quē nō eduxit de potētia materie: et resuscitādo **L**azarū p̄ vocē: et vtrū sua voce, vt instrumēto, dicēdo: fiat celū/ posset creare celū: sicut verbo mētali dicēdo: fiat firma mentū/ creauit illud. **D**e his ergo et similib⁹ nec verbū hic vllū fiat: sed desinat physic⁹, vbi theologus incipit: a quibus omnibus super sedendum est vsq̄ ad sua cuiusq̄ loca theologica.

Ad tertiū igitur principale argumētu satis respōsum est, qz pducere formicā aut equū ex mā nō arguat maiorē virtutē q̄ sit p̄fectio ipsa effectus pducti, tñ modus pducēdi ex nihilo, arguit infinitā. **E**t iō creatura nō pōt creare. **U**nde ad cōfirmationē rñdetur q̄ si daret frigiditas in vacuo, nullomō ab agēte naturali posset corrūpi: qz nō esset mā, de cuius potētia educeret calorē. **D**ubiu esset hic tñ de lumine vtrū educat de potētia aeris tenebrosi in quo pducit. **E**t vt q̄ nō: qz formā educi d potētia materie, est produci per trāsmutationē materie: et tñ cū sol incipit oriri, nō est p̄p̄ie trāsmutatio aeris, cū nulla forma cōtraria inde expellat. **E**t augef d ubiū de sp̄ibus sensibilib⁹, que pducunt ab obiecto visibili per mediū: que cū nō habeāt cōtrariū in aere, nō vt quō educātur de potētia aeris. **M**ā q̄ recipiant in aere, nō tollit rōnē creationis: vt p̄ de aīa, que nō creat, nisi dū recipit in mā. **A**d hoc aliqui distingūt aliquas formas magis dep̄dere a mā: alias vero minus. **I**lle que pducūtur per trāsmutationē materie, plus depēdent: ille vero que nō habēt p̄traria, minus dependent. **Q**uequidē distinctio nō displicet, si mō simplr p̄cedat oēs corpales formas, que sūt sub sole, educi de potētia materie. **R**ñdetur q̄ ex his que supradicta sunt, lumē educi d potētia aeris, p̄pterea qz sol nō pducit p̄ius natura lumē, q̄ faciat aerē luminoso: sed pducit lumē illuminādo aerē. **S**i cuti ignis pducit calorē calefaciēdo substā. **I**ta vt in vacuo nullā hēat virtutē sol pducēdi lumē. **Q**uā ob causam **B**rif. 1. meteo. c. 2. necesse est inquit mundū hūc inferiorē p̄tinuū esse lationib⁹ supiorib⁹, vt virt⁹ ei⁹ inde gubernet: sane qz p vacuū celestes influētie non possent descēdere. **I**dē dicēdū est de sp̄ib⁹ sensibilib⁹, que p mediū multiplicant. **L**ōcurret. n. mediū suo mō ad deferēdum sp̄es vsq̄ ad sensum: obidēq̄ quodāmodū educunt de potētia mediij. **L**uius signū est qz d̄terminat certū mediū, puta aquā vel aerē, ita vt per aliud d̄sius multiplicari nequeāt. **D**e accidentibus spūalibus anime nō spectat hic dicere: qz illa nō ordinantur ad gnationē nec sunt māta. **T**ametū suo ē mō educant de potētia subiecti: cū non possint ab agēte nāli in vacuo pducī. **P**aulo plus forsitā iusto immozati sum⁹ in hac questione, eo qz ad physicā fores aperiat. **S**equitur in tex. **C**aput nonum. **T**angentēs rē.

Ad. 3. p̄n.

Ad cōfir.

In capite nono textus. lxxxix. Nos autem materiam. &c.

Questio. viij.

Utrum priuatio sit ens reale an sola ratione a materia distinguat.



Adversus partes affirmatiuā arguit. **E**t primo qz priuatio sit vera res realis a mā distincta, est argm̄. **S**eculsa quacūq̄ operatione intellect⁹ hec est falsitas est: in q̄ differt a pura negatione,

forme ligni erat forma terre, tunc illa corrupta nunquam redderet. Aliqui non habent pro in convenienti quod eadem priuatio redeat. Secus est de forma positua: quod qua ait Aristot. s. huius tex. 56. semel corruptum non posse redire. **C**Alii hoc impugnant quia potentia ad formam, ut supra dictum est, consequitur priuationem: sed in materia, unde prius fuit corrupta aliqua singularis forma nunquam amplius reddit potentia ad eandem formam: quia potentia materia ad formam est naturalis: et naturaliter eadem forma numero semel corrupta non potest generari. **C**Isti tamen supponunt quod priuationes et potentie forme sint tot numero in materia quot sunt forme quibus caret. **E**t sic haberet infinitas priuationes et potentias, maxime si mundus esset perpetuus. **C**At vero cum priuatio et potentia non distinguantur a materia, ut supra dictum est, nisi solum ratione, nec sint alique entitates distincte a materia, improprie dicentur plures priuationes, aut plures potentie: sed sunt potius plures respectus et relationes rationis. **Q**uod nihil aliud est dicere, quam quod materia caret pluribus formis, et est in potentia ad plures formas. **Q**uequidem potentia est vna saltem eiusdem rationis: quoniam materia eadem ratione concurrat ad generationem omnium formarum. s. tanquam principium passiuum. **I**mmo potentia materie de se non est ad hanc, vel illam: sed ad formam in genere: determinatur vero ad hanc ab agente per dispositiones. **E**t pariter priuatio proxima non est, nisi ad hanc formam, que immediate successura est. **E**t id arbitror cum materia per acquisitionem forme perdit (ut sic loquamur) eius priuationem, quod si iterum corrumpatur, eadem priuatio reuertitur in genere. i. materia est priuata eadem forma: quia quantum est de se apta est recipere illam. **N**on tamen habet potentiam naturalem ad illam producendam: eo quod ipsa forma non est naturaliter iterum producibilis. **E**st tamen in potentia obedientialis, ut deus posset iterum eam creare in eadem materia. **S**icuti modo materia omnium hominum defunctorum vere habet priuationem ad animas quas habuit: licet non habeat potentiam ad recipiendum illas actione naturali: sed actione dei in finali resurrectione.

CAd tertiam confirmationem negatur quod materia et priuatio utrunque sit ens reale. **I**mmo priuatio est ens rationis ad sensum expositum. **E**t ideo non distinguitur specie a materia, sicut res habens quidditatem distinctam: et per consequens non distinguitur realiter, sicut res positive diuersorum predicamentorum: sed solum differt ratione quam Aristot. vocat differentiam specificam. **C**Ad secundum principale factis responsum est, negatur enim quod priuatio sit mera negatio: sed est negatio in subiecto apto nato. **E**t ideo ratione distinguitur a materia. **C**Ad confirmationem qua arguitur materia et priuatio sunt vnum numero: ergo sunt vnum specie/ negatur consequentia: que multos profecto potest decipere. **L**um enim ait Aristot. ea que sunt vnum numero esse vnum specie, intelligit quod eodem modo quo sunt vnum numero sunt vnum specie. **E**xempli gratia. **S**i sunt vnum per predicationem formalem vnum (ut sic loquar) de alio, ut si. a. et. b. sunt vnum numero taliter vt. a. sit. b. quemadmodum tunica est indumentum et petrus est homo, illa sunt eiusdem speciei inter se. **E**a vero que sunt vnum numero. i. faciunt vnum tertium numero, aut sunt in eodem supposito, non opus est quod sint eiusdem speciei inter se. **E**t numero materia et forma hominis sunt vnum numero: quia faciunt vnum simpliciter: et tamen inter se non sunt eiusdem speciei, sed faciunt vnam speciem, puta vnum hominem. **Q**uin etiam omnia accidentia que sunt in lacte. s. quantitas albedo et dulcedo sunt vnum numero: quia non habent vnitates separatas: sed sunt supposito idem: et tamen inter se differunt specie. **I**tem virge medietates, quarum vna est viridis et altera sicca, sunt vnum numero (tenendo quod materia sit continua) quia faciunt vnum tertium numero: et tamen inter se non sunt eiusdem speciei: quia non sunt taliter vnum numero, ut vna medietas predicetur de alia. **A**d propositum ergo materia et priuatio sunt vnum numero identice: quia materia est res que est priuatio: non tamen formaliter: quia alia est ratio et diffinitio vnius et alia alterius. **E**t hanc vocat Aristot. differentiam specificam. **E**t hec, deo auctore de pri. libro.

Clibi primi finis.

*Antonius de
modu d S*

- C**Folio. ij. colu. iij. li. viij. vbi/metaphysica/physica.
CFo. ij. col. ij. li. xxxj. vbi/contemptor. Qui fuit/
 contemptor: deinde Zeno: qui princeps fuit.
CFo. iij. col. iij. li. xxxvij. vbi/practica/speculativa.
 li. xxxj. a fine/vbi Arithmetica/Geometria.
CFo. v. col. iij. li. xxx. a fine/vbi. Arithmetice/Musice.
CFo. vj. col. ij. li. xxij. Vbi perfectior/imperfectior. et
 vbi imperfectior/perfectior.
CFo. viij. colu. j. li. xxiiij. vbi vehementius/prius. et col. iij.
 li. xxx. a fine/vbi/ad secundam/ad primam.

e diffi
na
na
et
no
et
rie
tia
ad
cip
an
bu
tic
sta
C
est
qr
cu
est
ru
na
cu
ce
pi
ce
lu
tu
te
fit
ac
he
pi
pi
tri
pi
fo:
fo:

Reuerendi patris Dominici

Soto Segobienſis theologi ordinis praedicatorum ſuper ſecundum Phyſicorum Ariſtotelis Quaſtiones.

In capite .j. tex. iij. Tanq̄ natura, &c.

Quaeſtio prima de natura.

Utrum diffinitio nature ſit bona.



Lecūduſ hic

liber, vt in commentarijs dicebam⁹, reliq̄s duas cauſas entis mobilis cōſiderat: efficiētē. ſ. et ſinalē. Sz qz in tētio eſt hic p̄hi oſtēdere hāc ſciētā demōſtrare per oēs cauſas, p̄mittit in duobus ſtatim p̄mis capitulis mediū et ſubm̄ et paſſiones hui⁹ ſciētīe: nēpe quidnā ſit natura, qd ens nāle, qd ens ſcōm

nām. Vbi dīqz circa primū mouet hec. i. q. de diffinitione nature: qua ait Ariſt. nām eſſe p̄ncipiū et cām mouendi et quieſcēdi, ei in quo eſt primū: p̄ſe et nō ſcōm accidēs. Atqui q non ſit bona, eſt primū argm̄. Diffinitio hec nō puenit oi nature: q nō eſt bona. Probāt añs. Deus et intelligētīe ſunt nature: vñ Boeti⁹ lib. de duab⁹ naturis. Perſona (inqt) eſt rōnalis nature indiuidua ſubſtātia: et accipit rōnale vt ſe extēdat et ad intellectuale. ſ. ad deū et intelligētias: et tñ de nō hēt in ſe vll⁹ mot⁹ p̄ncipiū: ſane q malachie. 3. ait. Ego vñ et nō mutoz. Neqz angelus eſt mutabilis: aliquo iſtoz q̄tuo. motuū, de q̄bus vbiqz loquit Ariſt. ſ. alterationis ḡnationis augmētationis, vt notū eſt, aut mot⁹ localis: qz angel⁹ cū ſit ſubſtātia ſpūalis nō d̄pēdet a loco vt ſucceſſiue moueatur. Scōdo id p̄ncipiū argm̄. In cēlo eſt natura (q̄quidē eſt ens nāle): et tñ nō eſt p̄ncipiū mot⁹: qz. Probāt minor qz forma cēli nō eſt p̄ncipiū actiuū ſui mot⁹, ſz extrinſecus mouet ab intelligētia: alſ ſi ab intrinſeco moueret, eſſet p̄fecto viuēs: hoc eſt. n. p̄p̄riū viuētū vt a ſua ipſo rū forma moueant. Neqz mā cēli eſt p̄ncipiū paſſiuū nāle mot⁹. Sequeret. n. q cēlū nātr inclinaret ad motū circularē, et p̄p̄s ille eēt nālis: qd tñ eſt falſū, vt Quicena. 2. meta. argumētāt. Qu oīs motus (inqt) nālis eſt p̄p̄ aliquā quietē, vt p̄z in grauib⁹ et leuib⁹: et tñ motus cēli nō terminat ad aliquā quietē. Colliḡ q nullū eē in cēlo p̄ncipiū mot⁹. Et p̄hr. In cēlo eſt natura: et tñ nullū eſt illic p̄ncipiū q̄tis. Sicuti epuerſo in terra eſt natura: vbi tñ nō eſt p̄ncipiū motus ſcōz ſe totā: qz tota terra moueri nequit. Ergo nō omni nature puenit, vt ſit copulatiue p̄ncipiū mot⁹ et q̄tis. Tertio p̄ncipiū ad elemēta deſcēdēdo argm̄. Ignis et q̄dēqz elemētū hēt in ſe nāz, poſtq̄ eſt ens nāle: et tñ nō hēt in ſe p̄ncipiū ſui mot⁹: qz. Probāt minor: qz ignis nō hēt in ſe p̄ncipiū actiuū quo ignis ipſe mouet, alias moueret ſe ab intrinſeco, et p̄s eēt viuēs. Qd ſi dicat hēre in ſe p̄ncipiū paſſiuū, puta mām, que eſt in potentia nāli ad aliā formā: p̄tra hoc argm̄. Sequeret q p̄ductio artificialis forme ex auro, aut marmore eſſet nālis: nā aurū et mar

mor hēt p̄ncipiū paſſiuū nāle receptiuū illius forme p̄p̄ duritiē et p̄ſiſtentiā partiū quā hēt. Quinet et motus violētus grauis, quo ſurſū p̄iectū efferē, eſſet nālis ſiquidē hēt p̄ncipiū paſſiuū talis mot⁹. Quarto p̄ncipiū argm̄. Si rō nature in hoc p̄ſiſteret, q ſit p̄ncipiū talis mot⁹ eius ſuppoſiti in quo eſt, ſequeret q in ſolis viuētibus eēt natura que eēt p̄ncipiū actiuū mot⁹: quip̄ peque ab intrinſeco nutriunt, augent, et locaſt mouentur: p̄ns eſt falſū. q et añs. Probāt minor. Natura vidēt moueri a ſeipſis deorſū tanq̄ a p̄ncipio actiuo ſi dimittant: qz nō vident a quo moueant alio. Et ſemē aialis, anteq̄ viuat, hēt virtutē actiuā educētē formā aialis de potētia materie in qua eſt. Et parit granū ſub⁹ terrā, dū putrefactū nō viuūt, hēt nihilo virtutē actiuā ad p̄ferendū ſpicā. Et aqua calefacta mouet intrinſecus ad debitā frigiditatē. Quinto contra illā concluſionē Ariſt. tex. 6. q natura eſſe, non ſit demōſtrabile, arguit ad hoies: nā negocū eius in lib. 1. fuit aduerſus antiq̄s demōſtrare mām eſſe et formas eſſe ſubſtāciales, quas antiqui nō cognouerūt. Et cōfirmat ex Cōmentatore qui cōmento. 3. ait demōſtrari poſſe nām eſſe hoc mō. Natura eſt id quo nālia differūt ab artificialibus: ſz naturalia differunt ab artificialibus in hoc quod habent in ſe p̄ncipiū motus: ergo natura eſt p̄ncipiū motus. In contrarium eſt authoritas Ariſt.

Significatio hui⁹ nominis natura,

Natura:

que ad cognitionē libri ſcōi primū eſt lumē, ne ad libitū acceptionib⁹ t̄roz, ſicut fieri ſolet, vt amur, ſumitur ex Ariſtotele. 5. meta. tex. 5. vbi docet nomē hoc primum fuiſſe impoſitū ad ſignificādū naſcētū ḡnationem. Et natura idē ſit qd naſcitur: ſeu natiuitas. Naſci autē dicunt tñmō viuētia. Et qz in ḡnatione viuētū virtus ſeminis eſt in ipſo ſemine, qd a ſua virtute intrinſeca mouet et diſponit ad ḡnationē aialis: deriuatū eſt nomē nature ad ſignificādū vltimū p̄ncipiū intrinſecū mot⁹ ei⁹ in quo eſt: ſiue actiuū ſit, ſiue paſſiuū: ſiue in viuētibus, ſiue in nō viuētibus: ſiue ſit mot⁹ alterationis, ſeu augmētationis, ſiue localis. Et ſcōz hāc acceptionē diffinit hic ab Ariſtotele. At vero qz ex p̄ncipijs nālib⁹ p̄ſtat eſſentia rei, extēſum eſt tertio nomē nature, vt loco citato ait. p̄hr. ad ſignificādū eſſentiā rei que eſt t̄rus p̄ncipalis ḡnationis. Hoies. n. ḡnari nihil aliud eſt q̄ eſſentiā hois de nouo incipere eſſe in hoc ſuppoſito. Et hoc eſt qd ait hic Ariſt. tex. 14. ſ. q natura ſe hēt ad naturā. i. naſciturā et natiuitatē, ſicut ſanitas ad ſanationē. Et ſicut ſanitas eſt t̄rus, qui ſanatiōe p̄ducit, ita natura ſit ſpēs illa que ḡnatur per natiuitatē. Et qz ſpēs p̄ſtituit per formā ſubſtātiāle p̄ncipali⁹ q̄ per mām, p̄cludit q̄ forma eſt magis natura q̄ mā. Et hinc dimanauit illa diſtinctio duplicis forme: vt alia ſit forma p̄tis, puta illa que eſt pars cōpoſiti, vt cōdiſtinguit p̄tra materiā: et alia forma totū, que includit mām et formā et ſignificat in abſtracto: vt hūanitas eſt equitas: de qua lat. q. 3. Natura grece d̄r phyſis. Et phyſici. i. d natura diſerentes. Et natura d̄r ens naturale id qd hēt nām. Vbi dīqz abusus eſt nominū, diſtinguere, q ens nāle accipit ſtrictē pro ſubſtātia p̄ſe ſubſiſtēte, et large vt accipiat et p̄ p̄ncipijs et accidētibus eius. Et poſtea ſequit

Dupleſ forma.

Ens nāle

hec falsa cōclusio, q̄ nō omne ens nāle hēt in se principiū intrinsecum sui motus: vt patet de forma simplici. Quapropter vnicuiq; tribuit Arist. suum propriū nō mē: vt ens nāle solū dicatur illud qd̄ in se hēt nām, puta substantia p̄ se subsistēs: cuius principia, s. materia et forma, non dicuntur proprie entia naturalia, sed nature et principia rei naturalis: accidentia vero proprie dicuntur entia scd̄z naturā. i. consequentia rerū naturas.

His preabitis ad questionem respondetur vna cōclusione. Cui ad maiorē expressionē adhibetur tres alie. **P**rima cōclusio. Diffinitio nature est optima. **C**ōclusio p̄bat: cū auctoritate Arist. tū ē si particule singule, vt sup̄ tex. 3. exposite sūt, ad notē. Sūt .n. particule quatuor. **P**rima loco ḡnis/principiū r̄ cā/Est. n. tā mā q̄ forma principiū. i. primus vnde incipit motus (principiū. n. diḡt ordinē) est et vtrāq; causa in suo ḡne: addit nāq; causa/supra/principiū/cōsum. **P**unctū. n. principiū est linee, et instās principiū tēporis: et tñ pp̄rie nō est causa. Et id nō opus est ly/et/preter intentionē Arist. mutare in/vel/vt quidā volunt: dicētes, q̄ causa accipit pro forma, et principiū pro mā: aut ecōuerso. Tamen si hoc verum sit, q̄ forma perfectiori mō est causa q̄ mā. **S**cda particula est/motus et quietis/ **U**bi nec p̄iunctio copulatiua mutāda est in disiunctiua. Siquidē Arist. cōsulto posuit copulatiua, vt insinuaret q̄ natura saltē ḡnabiliū, eo est principiū motus, q̄ tēdit ad quietē. De celo vero qd̄ dicendū sit, patebit in respōsione ad cōfirmationē secūdi argumenti. **T**ertia particula est/primū/ ad excludēdū formas accidentales: puta grauitatē et leuitatē elementorū, et calorē naturalīū animalīū: que nō sunt nature: s̄z sint principiū instrumentale motus: sed sola forma substantialis. **Q**uarta est/per se et non scd̄z accidens/ aliqui dicunt ad excludēdū casum et fortunā. Ut fossio terre, qua intendit plātatio vinee, est causa inuentionis thesauri de per accidēs. i. preter intentionē agētis. Sed tñ non opus est ad fortunā diuertere, postq̄ Aristot. sese in hac particula exponit. **P**onit enim ad excludēdū artē medici, qui seipsum sanat: que s̄z sit principiū sanationis eius in quo est, est tamē eius in quo est per accidēs. **E**tenim ly/per se/ determinat illud verbū in quo est/ et sicut album non sit perse ex dulci, sed ex nigro: ita sanum non sit perse ex medico, sed ex infirmo, cui accidit vt sit medicus. **P**hiloponus ait hāc non esse iustā diffinitionē nature: propterea q̄ nō explicat quid sit natura, sed que sit actio et effectus nature. **E**t ideo est (inquit) descriptio ab effectu. Quā obīe ait q̄ natura est quedā vita seu vis formatrix et gubernatrix corporū. **A**tamen. **S. Tho.** merito reprehēdit huiusmodi correctionē diffinitionis Arist. etenim nomē/natura/ ex sua pp̄ria significatione dicit q̄ sit principiū motus: nā dicit respectū ad nasciturā seu natiuitatē. **E**t ideo per talē respectū debet diffiniri: et non per aliqd̄ absolutū vt isti volunt. **N**on q̄ natura sit relatiuū secundū esse. i. de predicamēto relationis: sed solū secundū dici: nē pe quod debet diffiniri in ordine ad actū: sicut/potētia. **S**equitur ex hac cōclusionē, q̄ forma nō dicitur natura eo q̄ sit principiū generandi sibi simile in exteram materiā, vt forma ignis nō dicitur natura eius ab eo q̄ aquā calefacere pōt, et inde generare ignē: sed materia aque est natura: q̄ est principiū naturale passiuū ad recipiendū talē motū. **H**ecq; forma animalis dicitur natura ab eo q̄ sibi generet: sed ab eo q̄ est principiū intrinsecū quo animal nutritur, augetur, et mouetur localiter. **F**orma vero ignis est natura: quia est principiū eius motus sursum: et forma aque, q̄ est principiū eius motus deorsum. **S**equitur secundo, q̄ ens naturale non accipitur in proposito particulariter, vt distinguit cōtra/supranaturale, aut contra/violentū, aut cōtra/voluntariū, aut contra/artificiale: sed generaliter contra omne illud quod non habet in se principiū sui motus, vt sunt artificialia et alia, de quib; questione sequenti sermo habendus est. **Q**uare Adā/ licet supranaturaliter fuit creatus, erat tamen ens naturale. **S**ecunda cōclusio. **T**ā materia q̄ forma est natura. **H**anc probat Aristot. cap. 1. quia vtrāq; est principiū motus et quietis: materia quidē passiuū: forma vero, actiuū. **F**orma tñ est magis natura q̄ principiū. **U**bi Arist. probauit tribus rōnibus: quas in cōmentis latius explicauimus. s. **E**t q̄ est id a quo potissimū res denominat naturalis: sicut forma artis est id a quo res d̄ artificialis. **U**t em̄ lignū nō d̄ mercuri; quoadusq; hēt formā mercuri;, ita nec semē d̄ actu equus, quoadusq; actu habeat formā equi. **I**te q̄ lignū defossū sub terra et putridū ite rīle germinat sibi simile scd̄z formā: qd̄ est p̄ducere sibi simile in natura. **E**t tertio: q̄ forma est tr̄sus motus quī d̄ nascitura et natiuitas: et p̄p̄s forma est magis natura. **U**bi si per conteris vtrū natura vniuoce dicatur de mā et forma. **C**ōmenta. hic cōmen. 1. et Albert; magis affirmatiua partē sentiunt. **A**t tamen, salua eorū auctoritate, nō video cur nō dicatur vniuoce. **P**rimo: q̄ hoc nomē/pars essentialis/vniuoce dicit de materia et forma: s̄z. n. materia aliter sit pars q̄ forma, pars tñ significat vnā rationē cōm vtriusq; abstrahendo ab hoc vel illomō partis. **E**t id vtrāq; ponit reductiue in predictamēto substantie. **E**t cōfir. **N**atura idē est qd̄ principis: sed principiū vniuoce d̄ de illis: est. n. principiū vt genus ad materiā et formā: ergo. **E**t tertio cōfirmat q̄ Arist. asserit formā esse magis nām q̄ mā: cōpatio autē nō fit: nisi inter ea que cōueniunt aliqua rōne cōi: ergo natura d̄ vniuoce de illis. **C**ū hoc tñ stat q̄ alia sit rō specifica principij et nature in mā, et alia in forma. **E**t n. mā. natura, q̄ est principiū passiuū et potentia: vnde incipit motus nālis: et forma, q̄ est tr̄sus et actus ad quē terminat. **E**t hoc est forte q̄ phi citati intelligūt equiuocationis nomine. **T**ertia cōclusio. **O**mnia et sola viuētia sunt et dicuntur entia nāla rōne principij actiui. s. rōne forme substantialis. **C**ōclusio hec. 7. huiuslatus patebit: vbi principiū illd̄ tractabit, q̄ oē qd̄ mouet ab alio mouet. **S**z p̄bat interim vtrūq;. **I**n omnib; et solis viuētib; forma est perse principiū actiuū motus eius in quo est: ergo. **P**robat prima pars antecēditis. **V**iuere vt habet. 2. de anima. tex. 13. cōsistit in hoc q̄ res a sua pp̄ria forma mouet, aut motu augmētatiōis, aut alteratiōis, vt p̄ in plātis: aut p̄terea motu sensitivo, vt p̄ in animalibus: aut vltra hoc motu locali, vt p̄ in animalibus perfectis: aut deniq; supra hec oia scdm̄ intellectū, vt in hoīe est videre: ergo omnia viuētia habent in se principiū perse actiuū intrinsecū sui motus. **S**cda vero pars. s. q̄ solis viuētib; hoc cōpetat p̄bat. **F**orma aque aut ignis, vt paulo ante dicebamus non d̄ natura propterea q̄ in extrinsecā materiā producit sibi simile: sed propterea, q̄ sit principiū motus sui pp̄rij subiecti: sed forma ignis non pōt motū efficere in ipso met igne in quo est. **C**uius ratio est: q̄ omne mouens producit sibi simile in subiecto vbi est eius p̄uatio. **C**ū ergo in igne nulla sit pars que creat, aut sūmo calore, aut forma ignis, nō pōt forma ignis esse principiū motus ei; in quo est. **E**t eadē rōe neq; aqua existēs in sua nāli dispōne nō se mouet. **H**ecq; aurū, aut ferrū atq; alia mixta hō genea secundum primas qualitates. i. que vniiformiter per totū habent primas qualitates. **Q**uod addiderim: quia si ferrū est difformiter calidum, potest pars magis calida calefacere alia minus calidā: aut pars frigidior, calidiores frigidare. **S**icut in viuētibus contingit: cor enim mouet alias partes: et pars morbida corrumpit sanā: aut vice versa, que sana est, restaurat infirmā. **E**t hoc est qd̄. s. hui; ait Arist. in eo qd̄ ab intrinsecō mouet necessariū esse signare partē p̄ se mouentē distinctā

1. Cōclo.

Philoponus.

Ens nāle

phi vii. cū.

1. Cōclu.

Ens nāle et mobile

a pte
inf v
tū cō
cessā
tū p
locū
esse
se m
adee
prim
subi
pā c
buif
le q̄
nō v
locū
sū n
p̄rij
tici;
pis
. i. d
stan
p̄rij
exti
sui
rōn
alie
et g
ma
que
rim
fide
ni. i
rat
vū
tur
qu
ab
tus
na
lis
qu
lar
ral
isti
ui
gr
fa
tu
pa
ma
ho
est
m
ui
lib
he
et
de
m
ill
te
ef
se
re
hi
n
fi

Cum p[ro]posito & statu s[er]uandum
si lo[qu]itur de carnis u[er]getate
motu s[er]uare & m[er]itare.

Q. 1.

De natura.

So. lxxv.

ffia vi
Etiū.

Locu.

Ens n[atu]rale
et mobile

a pte p[ro]p[ri]e mota. Et itaq[ue] in s[er]ua d[omi]ni attēte obseruāda
int[er] uiuētia et nō uiuētia, hec est, q[uod] p[er]fectio et stat[us] uiuēt
tū cōsistit in moueri: sane que quādiu mouent uiuēt: et
cessante motu, cessat uita: stat[us] uero et p[er]fectio nō uiuen
tū cōsistit in q[ui]ete: ob idq[ue] nō mouent, nisi q[ui] sunt extra
locū et p[er]fectionē nāle. Ideoq[ue] forme uiuētū p[ro]p[ri]ū est,
esse p[ro]p[ri]ū actiuū intrinsecū motuū, p[er] q[uod] uiuēt ip[s]um
se mouet, nutritione, augmentatione, aut local[iter]. Atq[ue]
adeo p[ro]p[ri]ū est uiuētū g[er]ere per semē a se decissū, cui im
p[ro]p[ri]ū uirtutē actiuā. Forma nō nō uiuētū, nō mouet
subm[od]o in quo est, s[ed] aliud extrinsecū: ut ignis nō se, s[ed] stu
p[er]ā calefacit: nec mouet se local[iter] sursum, q[uia] mot[us] ille attri
buit generātū, ut in solutiōe ad. 4. patebit. Quare ma
le q[uod]dā assignāt hāc solā d[omi]nāz int[er] uiuētia et nō uiuētia q[uod]
nō uiuētia solū mouent ad unā d[omi]nāz p[ro]p[ri]etatis mutādo
locū: uiuētia nō ad o[mn]em. Item h[ic] p[ro]p[ri]ā solū augeret sur
sum s[er]u[er] et nō s[er]u[er] radices, aut in latū eēt ille mot[us] p[ro]
p[ri]ū uiuētis: et e[st] u[er]so h[ic] p[ro]p[ri]ū impossibile daret mixtū par
ticipās utraq[ue] nām ascendēdi ut ignis, et descēdi, ut la
pis, essent illi mot[us] nō uiuētū. De hac autē nā uiuētū
i. de aia lati. Quarta conclusio, sequit[ur] ex tertia. Sub
stantie nō uiuētēs dicunt[ur] entia nāla solū rōne nature et
p[ro]p[ri]ū passiuū intrinsecū: p[ro]p[ri]ū uero actiuū h[ab]ent ab
extrinsecō. Et aqua est ens nāle, q[uia] h[ab]et p[ro]p[ri]ū passiuū
sui mot[us]: puta formā rōne cui[us] mouet deorsum: et mām:
rōne cui[us] recipit calozē ab igne. Et parit lignū et res
alie vniuerse. Ex quo sequit[ur]. 1. q[uod] calefactio passio aq[ue]
et g[er]atio ignis ex illa, nō d[omi]nāz a natura ignis. s. a. for
ma que est p[ro]p[ri]ū actiuū: s[ed] a natura aque, puta a mā
que h[ab]et nāle inclinationē ad recipiēdū illū motū. Dire
rim calefactio passio. i. quaten[us] est motus aque: nā si cō
sideret[ur], ut actio et motio qua ignis mouet, d[omi]nāz nālis ig
ni. i. s[ed] a natura ignis: q[uia] est actio que p[ro]sequit[ur] ei[us] natu
ram. Et ad hunc modū loquendum est in omnibus nō
uiuentibus. Sequitur scd[us] q[uod] nullū ens potest dici natu
rale a principio actiuo intrinsecō sue generationis:
quia implicat contradictionē quidpiam a seipso, vel
ab aliqua sui parte p[ro]dnet. Sequitur tertio, q[uod] mo
tus progressiuus animalis non est mixtus, aut p[re]ter
naturā (ut quidam sentiunt) sed est simpliciter natura
lis. Sunt enim qui animalia dūtaxat considerantes in
quantū sunt grauis, dicunt q[uod] eleuatio pedis ad ambu
landū est uolenta: impressio uero eius in terra est natu
ralis. Et ideo talis motus est mixtus. At uero motus
iste non debet attendi penes naturā vniuersalem gra
uis, sed penes particulare animalis. Tenim neq[ue] alia
grauia, puta lignū aut lapis descēdunt inquantū sunt
talis speciei: sed secundū vniuersalem naturā grauita
tis. Itaq[ue] forma ligni non est principiu[m] descensus in q[ui]
tum dat esse lignū, sed inquantum facit esse corpus cui
predominatur natura terre, aut aque. Et pariter ani
ma rationalis, licet sit indiuisibilis, tamē inquantū dat
homini esse corporeū cui predominatur natura terre,
est principiu[m] descensus. Attamen forma quecuq[ue] ani
malis perfecti, est principiu[m] naturale motus progressi
ui. Quia p[ro]inde motus simpliciter est naturalis anima
libus: quēadmodum et nutritio et augmētū. Et enim
habere pedes, est propria passio aliquorū animalū, ita
et motus ad quē pedes ordināt[ur], est naturalis. Sicut
et serpētibus reptare est motus naturalis. Sequitur
deniq[ue] quarto q[uod] cuiusq[ue] rei naturalis corporee cōpetit
motus aliquis p[ro]p[ri]us, cuius principiu[m] sit materia
ille uel alius cuius principiu[m] sit forma: alias, si aut ma
teria, aut forma nō esset principiu[m] alicui[us] mot[us], in quo
est, non esset natura: et per consequens nec talis res es
set ens naturale. Unde palā fit, cur idē sit ens natu
rale, et ens mobile. H[ic] e[st], quia ens naturale idē est q[uod]
habens naturā: et natura idem est, quod principiu[m] mo
tus eius in quo est. Conclusiones iste et perspicatiores
sient, et exactius limabunt[ur] solutionibus argumētōrū.

Igitur ad primum principale argu
mētū r[ati]o d[omi]nāz, q[uod] deus et intelligētie nec sunt entia nāla:
neq[ue] h[ab]ent in se nāz ut loquit[ur] hic Aris. Deū. n. manifestis
simū est nō h[ab]ere p[ro]p[ri]ū sui mot[us]: cū sit summ[us] actus ni
hil h[ab]ere de potētia ad aliquē motum. Et angeli, cū in
corporei sint, motu corporeo moueri non possunt. Nec
subinde in motu locali a loco depēdēt: s[ed] possunt muta
ri de loco ad locū distātē sine hoc q[uod] p[ro]trāseāt p[er] mediū.
vt. 2. sen. est videre de quo nihil ad p[ro]p[ri]ū. Motus autē/
intentionales s[ed] intellectū et uolūtātē nō sufficiūt ap[ud]
Aris. vt angeli dicant[ur] entia nāla. De[us] et reliq[ue] substā
tie spūales h[ab]ent dū taxat nām in tertia acceptiōe supra
posita. s. essētia. De[us] q[uod] d[omi]nāz infinitā: angel[us] nō, specificā.
De secūdo principali argumēto fue
runt apud ueteres diuerse sententie quas, prima parte
questionē. 70. arti. 3. refert. S. Tho. quidam enim p[re]
decessores Aristotelis putantes celū actiue moueri a
sua p[ro]p[ri]a forma, opinati sunt celū esse animal. Et cō
sequenter dicebant motū celū esse naturāle a principio
intrinsecō actiuo. Et reuera bene syllogizabātur. P[ro]
p[ri]ū enim animalium est, vt paulo superius dicebam[us],
a seip[s]is moueri. Et ideo p[ro]fecto qui diceret celū mo
ueri a p[ro]p[ri]a forma, subsequenter tenetur concedere
illud uiuere: quod est absurdum. Quapropter Aristot.
recte iudicans celos nō esse animalia, p[er]scrutatus est
non moueri ab intrinsecō: sed ab intelligētis: que sin
gulis orbibus sunt singule accommodatē. At uero Com
mentator in de substantia orbis, et. 12. meta. cōmen. 4. r.
et in lib. de celo: quē Paulus hic uenetus et alij imitā
tur: nescio quam uisionē fingit intelligētie cū celo, vt
sit uelut eius anima. Ob idq[ue] celū asserit esse vt animal
et quodāmodo moueri ab intrinsecō. At uero falsum
est hoc et absq[ue] ulla probabilitate. Quod uel fides nos
tra satis nos docet. Intelligētia. n. nullo modo uinitur
orbis: s[ed] assistit illi, vt motor eius extrinsec[us]: vt lib. de celo
latius patebit. Unde non op[er]t est distinguere, vt iunior
res distinguunt, q[uod] celū si accipiat[ur] ut includat intelligē
tiā, mouetur ab intrinsecō: si uero vt distinguitur ab in
telligentia, mouetur ab extrinsecō. Eum uero celū nul
lo modo accipitur ut includat intelligentiā: et ideo sim
pliciter dicendū est q[uod] celū mouetur ab extrinsecō.
Sed hinc emergit dubiū mai[us] q[uod] tūc
sequeret[ur] motū celū nō esse nāle. De hoc fuit opinio Auicē.
c. 9. meta. p[er] oppositū extremū. s. q[uod] motus celū simplir
nō est nālis: q[uia] nec a forma p[ro]p[ri]a actiue mouet[ur]: nec h[ab]et
in se principiu[m] passiuū q[uod] sit nālis inclinatio ad motū.
At uerūtā q[uod] neq[ue] est mot[us] uolētus: s[ed] p[re]ter nām. Quod
est dicere. Neq[ue] celū h[ab]et nāle inclinationē ad illū motū,
neq[ue] nāle repugnātiā. Et r[ati]o d[omi]nāz Auicēne s[er]u[er] tres. P[ri]ma
ma. Null[us] est mot[us] nālis rei, nisi ille quo mouet[ur] a dispō
ne et statu nō nāli ad nāle dispōnē: sed motus celū nō est
quo mouetur a dispōne et statu nō nāli ad nāle: s[ed] nō est
nālis. R[ati]o d[omi]nāz ostēdit exēplo grauis, q[uod] nō mouet[ur] descē
dū nāli, nisi a loco in quo sursum uolent[er] detinet[ur], ad cē
trū, ubi quiescit: et aqua nō mouet[ur] nāli, nisi q[ui] est cali
da extra suā nāle dispōnē, vt se reducat ad nāle dispō
nē. R[ati]o d[omi]nāz nō est manifesta: q[uia] celū nunq[ue] esse p[ot]est extra
suā nāle dispōnē: atq[ue] adeo motus eius nō est ad acqui
rendā nāle dispōnē: et p[ro]p[ri]ū nō est nālis. Scd[us] r[ati]o. Si
mot[us] celū est nālis, sequit[ur] q[uod] cū sol. v. g. mouet[ur] ab oriente
in occidēs, nālis recedit ab oriente: et eadē rōne q[uod] postea
in nocte sub[ter] terrā reuertit[ur] ab occidēte in orientē, nālis
ē et mouet[ur] ad idē p[ro]p[ri]ū orientis. Cū sequit[ur] q[uod] duo motus
cōtrarij nālis ueniūt eidē corpore: q[uod] est repugnātia.
Tertia r[ati]o est. Si mot[us] v. g. p[ri]mi mobilis ab oriente in
occidēs est nālis, sequeret[ur] q[uod] si uicineria moueret[ur] ab oc
cidēte in orientē motu planetarū ille eēt mot[us] p[ro]tra nāz. Et
eadē rōne si intelligētia uellet celū sistere et tenere nemo
ueref, pateret[ur] difficultatē: sicuti q[uod] uellet vtrē aere plenū

De[us] et in
telligētie:

Celū nō
est aial.

Auicēne

mētū, per hoc q̄ nullū in rei veritate est mediū, cū sit va-
cuū. Idoc tñ ridiculū est: nā q̄uis nō sit mediū resistens,
est tñ distātia: singa. n. colūna erecta in vacuo, claz est,
q̄ altitudo eius distat a p̄funditate: descēdat ergo lapis
cōtigue per illā: et querit tunc, vtrū prius tāget pūctū
prime quarte, q̄ punctū mediū: et prius mediū, q̄ ex-
tremū et perstabit integrū argū. ¶ Secūdo manifestis-
sime arguit de motu celi. Celū mouet absqz aliqua resi-
stētia, et tñ mouet successiue: ḡ. Nec satisfacit respōsio,
q̄ mouet sc̄z voluntatē intelligētie motricis: nā intelli-
gētia mouet celū summa velocitate, qua suapte natura
est mobile, nec velocius posset aut tardius mouere. Mi-
hil ergo est in causa successiōis motus, nisi situs diuer-
saz partiu in diuersis locis veris, vel imaginarijs: et p̄-
p̄s eadē erit ratio successiōis in descēsu grauis. ¶ Et
tertio arguit. Si mobile per vacuū subito descēderet, se-
queretur q̄ eodē mō posset descēdere et itēz ascēdere.
Detur ergo. v. g. spaciū vacuū decē pedū inter tectū et
pauimentū alicuius aule, et dimittat̄ pila talr, vt reḡ-
tusa a pauimēto itēz ascēdat aut per violētā, aut deo

id faciēte, vt isti admittunt. Tunc arguit sic. Hunc pilā
est in tecto, et immediate post hoc erit in tecto (nā quo-
cūqz instāti dato post hoc añ illd̄ tetigit pauimētū, et re-
percussa est) ḡ quiescit: nā quiescere nihil aliud est, q̄ es-
se nūc in loco, in quo erit immediate post hoc, et fuit im-
mediate ante: et per p̄s nō mouet. Immo isti debēt cō-
cedere, q̄ immediate post hoc poterit deus facere, q̄ la-
pis ille faciat infinitos ascēsus et descēsus, qd̄ est inintel-
ligibile. ¶ Et postremo arguit. Si deus daret mō incli-
nationē vniuerso orbi, vt moueret motu recto (vel im-
pelleret ipsum) immediate post hoc trāsiret infinitū spa-
ciū imaginariū: immo infinitis instātijs: qd̄ nō est intel-
ctu possibile. Re vera fateor, q̄ q̄uis Arist. et oēs p̄hi mi-
hi iurassent, q̄ aliqd̄ corpus posset transire subito aliqd̄
spaciū, capere mēte nō possem. Nā militat̄ t̄ hic argū
illud qd̄ fecimus de infinito. P̄osset. n. tunc eadē rōne su-
bito moueri lapis circularis in vacuo vt rota molēdimi.
¶ Qd̄ implicat contradictionē: nā tūc sequit̄ q̄ quelz pars
erit immediate post hoc in eodem situ et loco in quo est
mō: qz quelz erit reuersa ad suū locū: et per p̄s rota qui
escit: nā quiescere est q̄ p̄es immediate antehac et im-
mediate post erunt in loco, vbi mō sunt. Itē sequitur q̄
immediate post hoc faceret infinitas circulationes qd̄
certe inintelligibile est a deo posse fieri.

¶ Igitur ad argumenta contrarie opi-
nionis que omnia nituntur auctoritati Arist. vno co-
dem verbo respondetur: nempe q̄ Aristot. non arguit
ostēsiue vt ex p̄fesso probet mobile in vacuo moueri in
instāti: sed expositione si nulla esset repugnātia ex parte
mobilis. Et ne hec solutio que vulgaris est cēscat̄ vo-
lūtaria, nota q̄ antiqui ponebant vacuū ne plenū resi-
stet motui naturali, et ideo videbantur insinuare q̄ ex
parte mobilis nulla erat prorsus resistētia in motu: et ita ar-
guit ad hominē Arist. q̄ tunc motus fieret in nō tēpore.
At q̄ Arist. id nō concessisset, p̄z qz videbat celū absqz
vlla prorsus resistētia moueri successiue. Et preterea, qz
alias deberet cōcedere successiōem motuum grauiū et le-
uiū esse violentā: nā esset tota a principio extrinsecō pas-
so nō cōferēte inclinationē ad illā. Fateor tñ hanc nō tā
significanter appellari resistētiā, q̄ repugnātiā ex parte
extēsiōis q̄ titatis ne possit corp⁹ moueri de extremo
ad extremū, nisi prius fuerit in medio. ¶ Eodē mō sol-
uitur sc̄z argū qd̄ isti faciunt: v̄z q̄ tunc sequeret̄ mo-
bile in pleno eodē tēpore posse moueri quo per tantū dē
spaciū vacuū moueret, vt Arist. infert̄ textu. 72. Con-
cedimus. n. cōclusionē. Nā si aliqd̄ remisse graue vt lana
descēdat per decupedale vacuū in vna hora, et detur. v.
.g. q̄ eadē lana per tantū dē spaciū plenū aere descēdat
in decē horis: poterit dari plū b̄ū in decuplo maioris velo-
citat̄ ad descēdēdū, pōtqz mediū esse multo subtili⁹
aere: ita vt tā ex parte virtutis motricis q̄ ex parte subtili-
tatis medijs in decuplo veloci⁹, q̄ lana descēdet p̄ aerē:
atqz adeo in tāto adeq̄to tēpore in quāto lana descēdit
per vacuū. Nec Arist. hoc habuit pro inēconuenienti: nisi
admissa eadē suppositione, v̄z q̄ ab intrinsecō nulla es-
set resistētia aut repugnātia motus instātanē. ¶ Ter-
tiu argū Greg. et alioz est. Si mobile per vacuū moue-
ret̄ in tēpore, sequit̄ q̄ in eodē penitus tēpore descēdet
ferrū grauissimū et leuis spōgia. P̄obat: nā vtrūqz des-
cendet summa velocitate possibili. Et tenim post q̄ nulla
est resistētia in medio, nō poterit designari causa penes
quā attendat̄ velocitas motus in vacuo. ¶ R̄ndetur,
qz extēsiō q̄ntitatis est in genere ratio successiōis mo-
tus, necesse est tñ dicere, q̄ tō tāte aut tante velocitatis
debeat attendi penes virtutē motiuā: nā vt ait p̄hi. tex.
71. et ex parte resistētie et ex parte virtutis attendit̄ veloci-
tas. Nā hec eliciēda est regula, q̄ vnicuiqz virtuti moti-
ue nāli cor̄spōdet certa velocitas et tarditas: que po-
test crescere ex resistētia medijs: qua seclusa mouebit̄ in

Regula
velocita-
tis mot⁹.



primū aut quodvis aliud corpus mobile est tempus. Con-
clusio hec expresse est Arist. hic tex. 94. ubi ait qd dicere
spherā esse tempus, stultius est, qm vt de eo impossibilia cō-
sideremus. ¶ Prīmū autē argumentū qd illic insinuat
est, qd res aliter sunt in sphaera et alie in tempore. In sphae-
ra. n. sunt tanq̄ in loco, sed in tempore sunt tanq̄ in mēsu-
ra durationis. Locus autē non est durationis mēsurā.

¶ Quis. n. dicat locū meū qui est mēsurā quantitatis
meę, esse tempus quo mēsuratur vita mea? Itaq; sic colli-
gimus argumentū. Locus et tempus sunt mēsurā rerū
diuersarū: nā locus est mēsurā quantitatis permanentis,
et tempus est mēsurā nō mobilis: sed durationis. vt expref-
se ait p̄ph. tex. 119. ergo locus et tempus distinguuntur: si-
cut amphora, que est mēsurā liquidorū, et vlna, que est
mēsurā cōtinui. Sphaera autē hēt se vt locus et vas cō-
tinēs corpora permanentia: ergo non est tempus quo eorū
duratio mēsuratur. ¶ Secūdo. Corpus qd est subiectū
motus est de predicamēto substantie, tempus vero de pre-
dicamēto quātitatis: res autē diuersorū predicamen-
torū, licet quādoq; sint eadē res, tñ formaliter nunq̄ de
se affirmātur: vt in cap. de quantitate copiose mōstrau-
imus. ¶ Itē tertio. Isti cōcedunt nō solū qd eadē res sint
dies, mēsis et annus, sed (formaliter) qd hora est dies, et
dies est mēsis, et mēsis est annus, propter diuersas cō-
notationes, sicut sedēs est dormiēs. Hęc autē nec philo-
sophus profecto, nec de vulgo quispiā audire ferret. Nā
sequitur tūc qd tāta est hora quātus est dies, et dies quā-
tus mēsis: et qd dies haberet. 12. mēses, dies esset annus:
et sic qui ieiunaret vnā diē ieiunaret vnū annū. Itē cō-
cedunt qd instans presens fuit preteritū: immo qd tempus
qd fuit preteritū erit futurū, et qd erit futurū fuit pre-
teritū. Itē eodē tempore pertransirent idē spaciū mobile
tardū et mobile velocius: nā in hoc tempore (demonstrato ce-
lo) velocissimus equus percurrisset stadiū, et in eodē tardis-
sima formica reptat idē. Lū tñ equus in quarta pte ho-
re percurrat stadiū, qd formica trāsit in mēse. Itē sequi-
tur qd qui est in peccato tempore vnus hore et postea pen-
tēs saluatur, maneret in peccato tempore totius vite, et tñ
postea migraret ad celū. Alias id genus ridicula sequū-
tur plurima. Ad autē addit Gregorius, nō solū celū, sed
qdlibet corp⁹ esse tempus, inferi⁹ peculi impugnabit. S3 mi-
ror interim istos qd velint hęc opinionē Aristoteli applica-
care: qui nō solū cōtendit tempus nō esse spherā, verū neq;
motū eius, sed aliqd ipsius motus. Et Gregorius magis
mīror qd citat Augusti. in hanc sententiā. 12. de ciui. dei.
cap. 15. vbi certe nō modo nō reuocauit in dubiū tempus
esse celū, sed nec voluit approbare qd motus celi sit tem-
pus: vt ibidē, et. xi. confess. est aperte conspīcere.

Secūda opinio est qd tempus est motus

ipsius primi mobilis. Hęc opinionē preter Arist. tex. 95.
recitat August. xi. cōfess. cap. 23. Et isti magis proprie
loquuntur, qm precedētes. Nā tempus est per qd iudicamus
quātitatē motuū: vt per motū solis iudicamus quot an-
nis viuimus, quot horis opamur etc. Unde et qui dice-
bāt spherā esse tempus, id afferebāt rōne motus: vt refert
p̄phus tex. 133. ¶ Contra hęc opinionē statuit scda conclusio.
Siue motus eadē res sit que tempus, siue alia, formaliter
tñ loquēdo motus nō est tempus. Hęc conclusio est ex pro-
fesso probat p̄phus tex. 95. et. 96. duabus rōnibus. Prī-
ma. Motus non est nisi in suo subiecto qd mouet. (vnde
tot sunt motus quot sunt res que mouent) tps vero nō
solū est in celo vt accidēs in suo subiecto, verū est in om-
nibus mobilibus tanq̄ eorū mēsurā: ex quo cōcludit
p̄phus tex. 133. qd cū sint diuersę spēs motus diuersiq;
motus numero, est tñ vniciū omniū tempus. Secunda ratio
est. Motus est velocius vel tardus, tempus vero minime: ergo
sunt diuersa. ¶ Itē tex. 89. expresse cōcludit qd tempus
neq; motus est neq; reperitur sine motu. Et tex. 101. ait
qd tempus est numerus et mēsurā motus: nunq̄ tñ dixit

set qd tempus est numerus temporis. Itē, vt p̄phau. Gen. su-
per tex. 96. refert ex Auicēna, alie sunt differentie tempo-
ris: puta annus, mēsis et dies: alie vero species motus,
puta alteratio, augmentio etc. Itē qd vt philosophus hic
tex. 132. et infra ostēdit, possent esse plures diuersiq; mo-
tus simul tempore, neutiq; tñ esse possunt plura tempora si-
mul. Et de Arist. dubiū esse nequit, postq̄ tā multis ver-
bis loquit de tempore et motu, tanq̄ de rebus ratione di-
uersis: cū ait qd motū nos cognoscere tempore et tempus mo-
tu: et alia similia multa. ¶ Est p̄terea egregia ratio Au-
gustini qua loco proxime citato probat motū nō esse tē-
pus. Sequeret. n. tunc qd circularis motus diurnus so-
lis esset dies: qd falsum esse probat. Nā si (per impossibi-
le) circulus ille integer vnica hora perageretur, esset qui-
dē idē motus (quippe quo idē spaciū pertransitur) quā-
uis esset velocior: et tamē nō esset idē tempus: nisi quis vi-
ceret qd dies fieret hora. Ideoq; cōcludit. Nemo mihi di-
cat celestiuū corporū motus esse tempora. Quomō ergo:
ait Gregorius Aristotelē et August. dixisse celū esse tē-
pus: In summa. Motus solū dicit actionē et ordinē mo-
bilis ad terminum (est enim acquisitio quantitatis, aut
qualitatis aut vbi) tempus autē est mora illa qua motus
fit: vt conclusione quarta euidentius patebit.

Tertia opinio est p̄phau. Gen. ac fer-

me realium: quā veluti opinionē. S. Tho. defendit La-
preo. 2. sent. d. 2. q. 2. videlicet qd tempus est quoddā acci-
dens realiter distinctū a motu primi mobilis tanq̄ res a
re: qd subiectiue inest motui ipsi, seu potius primo mo-
bili mediāte motu: nā accidētia omnia sunt in substan-
tia: quod quidē est quedā quantitas successiua. i. cuius
partes nō possunt esse simul, p̄tinuantur vero per instā-
tia indiuisibilia: atq; adeo nihil potest esse presens tempo-
ris, nisi solū instās indiuisibile: et per cōsequens per hoc
dicitur hora esse nunc, aut dies, aut mēsis aut annus:
qd est vnū instans quo pars preterita huius tempore cō-
tinuat cū futura. ¶ Contra quā opinionē statuerim ego
tertiā conclusionē. Tempus non est aliquid accidēs rea-
liter distinctū a motu. Hanc conclusionē multis argu-
mentis nituntur persuadere Dehā et Gregorius: que
tamē mihi fidē faciunt hec sunt, que. lib. 3. q. 2. de motu
afferebamus: et in predicamentis cap. de ad aliquid.
¶ Primo. Si tempus est res distincta a celo eiusq; motu,
sequitur qd deus potest celū et motū eius conseruare, il-
lo accidente destructo (nullā enim videtur repugnantā
involuere qd deus moueat celū vt nunc mouetur suspē-
dendo concursū ne producat illud accidens) tunc
autē in celo erit tempus vt modo: ergo illud accidens est
superflū. Admōrē isti non negant. Nam bene videt qd
tunc esset mēsurā nostrę operationū, sicut est modo.
Sed maiorē dicunt involuere contradictionem. Sicut
enim deus non potest facere albū sine albedine, ita nec
potest facere vt aliquid moueatur sine accidente distin-
cto quod est motus: et per consequens sine alio quod sit
tempus. Solutio tamen hec principii petit: nec profus
satisfacit. Nā esse album in sua ratione formali includit
albedinē: moueri autē solū includit motū: non tamen in-
cludit qd talis motus sit res distincta a mobili, sed solū
qd mobile sit in cōtinua acquisitione alterius et alterius
quantitatis, aut qualitatis aut vbi. Et ideo hoc preten-
dit argumentū qd non repugnat celū aut me moueri lo-
caliter per hoc qd acquirā alium et aliū locū seclusa que
cūq; alia re: et sic certe nec motus nec tempus sunt res di-
stincte a mobili. Sicuti ad hoc qd Petrus sit pater satis
est qd habeat filiū seclusa quecumq; alia entitate: quia es-
se patrem nihil aliud est qd habere filiū: sicuti esse albū
habere in se albedinē. Concedimus ergo contradictio-
nem esse rem moueri sine motu: sed sine motu distincto,
hoc tu habes probare. ¶ P̄terea est peculiare argu-
mentū a diuersis res has successiuas. Si enim tempus aut

Opio. 3.

3. Cōcl. Tempus nō distinguit numero a motu.

ut ac-
timur
logis
gnosis
serius
incipi
tā sue
104.)
s vero
dicere
vbi ni-
vartē
us est:
l partē
s textu

aput
si nemo
m, nel-
n. fami-
d sit, et
plici de
2. Hęc
r se vili-
cū sim-
dne fecit
et motū
uiditatē
tiquos,
ie de tē-
ū hoc cō-
notūq;
re semp-
ssimo ac
noctes,
minaria
bis velu
poralū
.12. de ci-
it) lumē
ē, et sint
Arist. re
93. adno-
alij spha-
ē. Quar-
sed alia
merus et
or. cōclu-
iones int-
nt qd tēp-
stū distm-
mū mobi-
3 quod dā
ingitur
camēris,
s, intēdis
articulos
imus dif-
us dubiū
sentire
um primi
otus secu-
psum p̄-
lū sequū-
.1. expref-
dētiq; cōti-
opinionē
uēdo) au-
primū

motus esset accidens distinctum, esset quidem successivum, cuius nulla unquam pars esset presens nec fuit presens, sed solum instans indivisibile: quod Aristoteles text. 89. fatetur non esse partem temporis. Hoc tamen profecto, quicquid dicatur, est intellectu penitus impossibile. In linea, non intelligitur partes continuatas punctum quod vere sunt presentes. In tempore autem aut motu quod intelligitur habuisse partes si nunquam fuit presens aliqua pars secundum se tota, aut aliquid sui: ut dicitur hic. 17. confes. fere per totum adeo verum ait Augustinus, ut semper se fatetur ignorare quod sit tempus: nec pe. 2. ut cap. 15. ait, tempus nihil unquam est, nisi indivisibile: et ideo intelligere nequebat, quod huiusmodi aut habitus esset partes. Et ideo intelligere non potuit ubi esset pars preterita aut futura. Atque adeo profecto sola ratione (credo) intellexit distinguere ab existentia illius quod movetur. Ad dicitur Gregorius quod sequere se aliquam nunquam esse, nisi quando simul et sit et corrumpitur (quod Aristoteles s. huiusmodi text. 14. ubi habere presentem inveniendi) nam in quocumque instanti est tempus vel motus, est in fieri et in corrumpi. Sed qui superiora argumenta deconvenerit, hoc corollarium facile iudicabit. Arguitur preterea. Si tempus esset res distincta, posset deus idem tempus numero reproducere: nam quancumque entitate preterita potest deus iterato producere. Quod tamen idem tempus numero quod preteritum fuit non redeat, contradictione implicat, eo quod natura eius est fluxus: fluxus autem ut repugnat non fluere, repugnat reverti. Non enim est intelligibile quod deus hesternum diem hodie reproducatur: sic nec reproducere potest preterita actione. Prodest. n. deus reproducere panem quem ego heri comedi: comestione tamen illa numero certe non potest. Et sic. Si eundem hesternum diem deus posset hodie producere, eadem ratione posset conservare hodiernum ut nunquam preteriret, esto celi semper moveret: et sic viveret quantum Bathusale, et tamen nunquam haberet plures annos quam non habeo. Et eadem ratione posset eandem numero horam qua equus percurrit tria millia, retinere per mensem, quo formica movetur per tantumdem spatium: et sic formica moveret tam velociter quam equus: postquam eodem tempore idem spatium pertransit. Quod si rursus deus potest reproducere et retinere idem accidens quod est tempus, non tamen idem tempus formam. i. eandem durationem aut moram preterita: tunc sequitur quod non sufficit ad rationem temporis quod sit res distincta, nisi consideret sub ratione preteriti, aut futuri. Hoc ergo quod ipsi attribuunt illi entitati, nos attribuimus mobili: ubi quod mobile est eadem res que est motus secundum illam rationem qua aliter et aliter se habet in ordine ad partes anteriores et posteriores spatium. Et idem, secundum aliam rationem qua aliter et aliter se habet in preterito et futuro, est tempus. Preterea eiusdem rationis sunt in ratione motus (quantum ad hoc) circularis ille celestis et quicunque alius in istis inferioribus: ergo nullum accidens novum producit in celo per suum motum, cuius simile non producat motibus horum inferiorum. Mobilia autem hec inferiora non producant aliquid accidens quod est tempus: nam (ut statim probatur) sumus ex Aristotele. tempus non est subiective, nisi in celo: quod nec in celo tempus est aliquid accidens distinctum, sed illud prius et posterius quod ratione distinguitur et a motu et a mobili. In summa. Postquam intelligere possumus et motum et tempus sine rebus distinctis, non debemus res illas multiplicare, nisi vel ad evitandum predicationes illas, quas aduersus primam et secundam opinionem inferebamur: vel propter auctoritates Aristotelis: sed et verba Aristotele. sane intelliguntur, et predicationes ille optime excusant per solam distinctionem rationis et diffinitionis inter tempus et motum: ergo non opus est ut distinguantur tanquam res a re.

4. Cōclu. Tempus rōne distinguitur a motu.

Est ergo quarta conclusio. Tempus distinguitur a motu, ratione formali et diffinitione. Conclusio hec manifeste sequitur ex secunda et tertia. Si enim distinguitur a parte rei, et non tanquam res a re, sit ut distinguatur ratione formali. At ne commentum nostrum esse censeatur: ut mihi profecto sententia esse expresse Aristoteles text. 99. ubi ait quod tempus id quidem quod est, motus est: esse autem. i. ratio et quidditas alterum est et non est motus: et text. 131. ait

quod si non est possibilis intellectus qui numeret prius et posterius, non est completa ratio formalis temporis a parte rei. Sequitur licet esset hoc, quod aliquando est existens tempus: ut si contingit motum esse. i. esset motus qui est idem realiter quod tempus. Non ergo distinguit tempus a motu tanquam res a re, sed quod dicitur ratione. Quantum autem ad S. Th. pertinet, nullus est locus quem ego viderim, nec hic, neque. 1. p. q. 10. nec alibi unquam, ubi contrarium dixerit. quod nullibi addit verbum ad verba Aristotele. Unde omnes locos apud Lapreos. 2. sent. d. 2. q. 2. Quinimmo lect. hic. 17. super textum citatum. 99. ait quod prius et posterius sunt idem subiecto cum motu, sed differunt ratione. Et tunc ultima super text. 131. idem sentit. Quod si aliquid quando dicitur tempus esse accidens ipsius motus: et esse successivum esseque subiective in primo mobili et similia, cum acta nos procedimus: nam accidens, et reale, non dicitur semper res distincta, sed id quod accidit rei preter eius essentiam. Non enim negatur quin esse patrem sit accidens Petri, quamvis paternitas non sit res distincta. Et Scotus quamvis relationes et motum distinguit a subiecto, nihilominus in. 4. d. 48. q. 2. expresse ait quod tempus non est quantitas distincta a motu: sed solum differt ab illo in ratione mensure. Et Durandus lib. 2. d. 2. q. 4. idem dicit tanquam de mente philosophi. Ad idem advertenda est quod dicitur inter tempus et motum. Que in motu locali recto super planum exempli gratia oculatus patebit. Demus super planum tripedale uniformiter moveri lapidem. Illud aliter se habere mobilis respectu spaci. i. quod prius est in parte prioribus quam in media, et in media quam in posterioribus, est motus: quod est actus entis in potentia, quod nondum pervenit ad terminum. Ex hoc prius et posterius / consequentia aliud prius et posterius mora et duratione: et hoc est tempus. Et sic plane intelligitur verbum philosophi text. 99. f. quod ex continuitate magnitudinis sequitur continuitas motus: et ex continuitate motus, continuitas temporis. Ex hoc enim quod spaciū habet partes continuas situ et positione, motus quo mobile pertransit illas est continuus: et ex hoc quod motus est continuus, morule quass mobile facit in illis partibus, sunt continue. Et tamen hic preterea adnotandum quod hoc prius et posterius non habet rationem temporis, nisi quatenus mensura est motui ad durationem omnium rerum (hoc enim proprie sonat nomine tempus) res autem (ut habet. 10. meta. text. 2.) mensurare non possumus, nisi per aliquam quantitatem: qua utimur tanquam indivisibili, multiplicando illam (alias si mensura esset divisibilis, haberet aliam mensuram sui) ut vinum metimur amphora, triticum modio, statum pede, pannum vlna. Et hac ratione illud prius et posterius quod vocamus tempus, partimur per annos, et annum per menses, mensesque per dies, dies autem per horas: et hac hora utimur tanquam indivisibili: que est sicut minima pars numeri: nam minima pars simpliciter magnitudine non est divisibilis, ut ait hic philosophus text. 108. Et cum tempus in rei veritate sit continuus, habet ut sit numerus per operationem intellectus dividit illud in partes: sicut panis continuus non est numerus, nisi quatenus per intellectum dividitur in decem. v. g. vlnas. Et quod inter motus, ille qui natura sua est regularissimus, est subinde simplicissimus, et per prius inter alios irregulares habet sicut unitas ad iudicandum de illis, et talis est motus primi mobilis: propterea illud prius et posterius in motu primi mobilis est tempus eius temporali: ut docet philosophus text. 133. Et n. consideranda quod quædam modum si vlna aut amphora esset variabilis, nunc maior, nunc minor, non esset mensura: ita motus si nunc esset tardior, nunc velocior, non esset mensura. Et ideo quod solus motus celi suapte natura est invariabilis, ille est aliorum mensura. Quod si arguas, de ratione mensure esse ut sit notissima (ut eodem text. 108. asserit Aristoteles) quod per mensuram debemus iudicare de re mensurata: motus autem primi mobilis est nobis absconditus: sicut ipsum primum mobile. Respondetur quod ille est motus notissimus per motum solis, qui movet quotidie motu primi mobilis: et ideo sol est signum temporis.

Per hec lucida habet expositio diffinitionis temporis: quod dicitur text. 101. quod tempus est numerus mor-

terius quod.

primū nci.

riticu.

tus sedz prius et posterius. Est. n. numerus ille dicitur aut horariu in que diuidimus motu illa r duratione qua facit mobile continuo motu. Ad ergo dicitur q sit numerus partiu mobilis aut spacii. s3 numerus motus. Nec rursus dicitur numerus partiu motu diuisi ad diuisionem mobilis, s3 diuisi sedz prius et posterius: no quide positione vt est in spacio (ad qd prius et posterius sequit. pprie ro motu) s3 sedz prius r posterius motu et duratione in rone preteriti r futuri. Et contra. Ita ponitur diffinitu in diffinitione: qz hoc prius r posterius no pot explicari, nisi per preteritu r futuru, qd est prius r posterius in tempore. Negatur q sit petitio pncipij. Na illud prius et posterius est ipsu motus, r tpus diffinit tanq passio ipsi motus. Sed qz prius et posterius est equiuocum (na pot intelligi, aut situ et positione, sic in magnitudine, aut duratione r motu) no possumus distinguere vnu prius r posterius ab alio, nisi vt amur tris teporalibus: vt si dicas .v. g. heri et hodie/ preteritu et futuru. Et hoc g de causa subinfert Arist. eode tex. 108. q tpus quatenus est numerus qui intellectu diuidit in plura vs multu et paucu: quatenus vero est qntitas continua, vs longu aut breue. Na illa sunt predicata qntitatis discrete, hec vero cotinue. Et deinde tex. 109. subinfert q tpus no est numerus formalis quo numeramus, sed numerus malis numeramus. Ubi aliq distinguunt duplicem numeru. s. numerantem, qui est anima numerans, et numeratu, qui est res numerata. At vero distinctio hec no elicitur ex Aristot. nec intellectu numerantem aut conceptu quo numerat appellasset vnq numeru. Est. n. tporum abusio: qz numerus, cu sit spes quantitatis discrete, no est nisi aut res ipse, aut aliquid qd de illis formalr predicat. Numerus g formalis quo, apellat numerus de genere quantitatis, vt abstrahit operatione intellectus ab his et illis rebus numeratis: q obiectiue est in aia: et numerus numeratus appellat res ipse. At g q tpus no est numerus q numeramus vt dicit qntitate discretam in coi, vt explicuimus in pdica. sup eundem textu, sed est numerus numeratus, puta prius ipsum et posterius motus, vt expositu est: vt si dicas decem vinas pani nihil aliud esse q sit ipsemet panus.

Quinta conclusio. Quod dictum est de tepore sentiendu est proportionabilr de instate: nepe q sola rone distinguit a mobili. Et sic ad primu pncipale argum pcedimus illa parte. s. q tpus no est alia res numero distincta a motu: negamus tñ inde sequi q solu differat: pnes conotationes tporum. Ad hunc. n. mo incedimus int reales et nominales: a qbus forsan no ta re qd mo loquedi differimus. Ille. n. quas illi vocat conotationes tporum nos dicim esse rones et qditates distinctas in re ipsa: vt expositu est. Et pterea simplr no cecidit q nomē tps/ formalr supponat pro motu: s3 (idē tice) pro re que est motus: nec/ motus/ pro tepore, s3 pre que est tps. Obidq negant iste pdicationes/ mobile est motus, aut tepus/ motus est tpus/ in sensu formalis: s3 res que est motus sit res que est tps. Et eadē rōe negat q annus sit dies, aut dies hora: s3 dies est motus illa r duratio qua facit celu ab oriente in oriente circulo diurno: et hora est vicesima qrtta pars illius, r mens triginta circulations. Atqz adeo pari rone negant oēs ille pdicationes quas ptra prima et secunda opinioniones obieciebam. Et ad si dubitaueris nos pcedere in creaturis qd indiuisi credim, q eadē res q est motus est tepus, r tñ motus no est tepus: sicut eadē essentia que est pater est filius, r tamē pater no est filius: hec et alia vide in predicamentis cap. de quantitate. q. 2. et lib. 3. huius. q. 1. vbi huc modu loquedi copiosissime explicuimus. Qui si semel in scholis admitteret, multe pfecto realitates ex vna pte excusarent, r ex altera loquutiones q ineptissime sunt in philosophia corrigere possent.

In articulo, secundo restant tria precipua dubia: que sunt apud Arist. primu est circa mate-

ria scdi argumēti pncipalis. Utrū tepus sit ens reale, aut rōnis: qd est apud Arist. tex. 131. vbi inquit q si no eet possibil/ intellectus, no eet possibile tepus. Et inde infert q si de facto no sit intellectus: neqz est tpus: et per pns vs sentire q sit ens rōnis. Et alia pte vs q sit ens vere reale. Na tpus est vere accidens reale, cu sit vera causa re: r pus et posterius in motu est tepus. Immo circumfert articulo/ Paraliēsis: vbi habet q dicere tepus no esse a parte rei, est error. Et ad e dubitationē scite sane diluit. S. Tho. hielec. 23. Ubi considerandū est q cu numerus non distinguat realr a rebus numeratis: vel saltē ab vnitatibus, que sunt qntitates ipfaru reru nūerataru (vt cap. de quantitate. q. 2. cēsebamus) sit vt numerus quantu ad suū esse male qd hēt in rebus no depēdeat ab intellectu: (saltē creato) na ab intellectu diuino oia depēdēt in fieri et pseruari. Ad vero ipsa numeri dicit respectu ad numerantē. Sicut/ sensibile/ dato q de formalis significet qualitates reales, vt colorē aut calorē rē. nihilo dicit respectu ad sensum: qz ille qualitates non dicerent sensibiles, nisi respectu sensus. Et ideo illa pntia Arist. de possibili. s. si no eet possibile intellectus, no eet possibile numerus/ bona est: qz si no eet possibile aliqz intellectus nūcras, nulle res denominarent nūcras: eo q nūcrare/ dicit actu rōnis (saltē in potētia) multiplicatis et colligētis vnitates. Sicut si no eet possibile sensus, nulla qlitas diceret passibilis. Et autē inferunt propōnes de in esse, pnia non valet in rebus permanentibus. Na dato q nulla nūc esset potētia de facto sensitua, nihilo res essent sensibiles: qz/ sensibile/ solu dicit potētia. Et parit numerus decē equoz, aut hoiuz vere r formalr esset numerus, seclusa operatione intellectus: qz satis est q sit numerabilis. Sed tñ qz tpus nullas hēt ptes simul (teporis. n. nihil aliud est q indiuisibile nūc, vt dubio. 3. explicabimus) nullomō ptes ille sunt presentes, nisi p operationē anime actu cōseruantis prius et posterius. Ad. n. no nūc dicit sabbati esse: qz est vnu nūc q anima cōsiderat tanqz cotinuatiuū pterite durationis et future. Et quo sequit q tpus seclusa operatione intellectus nūcras hēt fundamentu in re: puta motu: actu tñ, quantu ad formalē rōnē teporis que est esse numerus, no est actu nisi p operationē intellectus. Et hec est expressa sentētia Arist. loco citato, eodē tex. 131. s. q sine intellectu no est tepus, sed tñ est illa res que est existēs tpus, quo ad male: puta motus. Simile est in sedis intētionib. Natura animal/ vere est materialr in quocūqz indiuiduo aiali seclusa operatione intellectus: qz no distinguit realr ab illis: sed tñ q sit genus, hoc hēt per operationē intellectus/ abstrahētis illa a singularib, vt hēt rōnē vltis. Ita g res que est tpus est pter operationē intellectus: sed q sit nūcras hēt per operationē intellectus. Et ex hoc p solutio ad secundū pncipale. Et ad si rursus qd percontet an simplr cōcedendū sit, tps esse in reb, et quocūqz intellectu secluso. Et videtur q forte ita est cōcedendū: sicut in pdica. bi. q. 2. de vrbibus dixim q no obstāte gna et spēs actu abstrahant p operationē intellectus, nihilo, pp fundamētū qd habēt in re/ cōcedimus seclusa operatione intellectus esse multa gna et spēs herbaru atqz animalū rē.

Secundum dubiu circa tertiu argum principale est de vnitae teporis. Gregori. n. loco citato. 2. sen. pp illd argum (ait) qd cūqz corp⁹ regulr motū esse tpus. Et Dehā itidē vbi citat⁹ est, lz id no tā absolute a firmet, nihilo ponit multas acceptiones teporis. s. q pmo mō accipit p motu velocissimo qlis est motus pmi mobilis: r alio mō large p motu quocūqz horu inferioru. Et rō iste est qz putat tpus esse quicqd nos accipimus tanqz indiciū et signū tporis. Et tñ, vt bona venia bonoz, als, authoroz dixerim, id in pms est ex pte ptra doctrinā Arist q tex. 133. ex pffesso multz verbz docuit vnicū esse tps oiu motuū. Alias (in qd) sequeret q plura cōlia

Primā dubita.

Ad. 2. pñ.

Secundū dubium.

po
rei.
t si
3 re
qui
nul
nec
rbu
t. d.
ait
dis
si ali
: sic
: un
: p rē
Non
āuis
r re
4. d.
cta a
iran.
: Am
n mo
ebit.
pidē.
r est
ri, est
uenit
i p rē
ic pla
itate
nuita
habz
e per
nuus.
inue.
postē
ira est
sonat
mēsur
ia vti
ēsurā
timur
ia. Et
pari
es, die
lit: que
mpli
r. 108.
umer⁹
: sicut
: intell
t⁹, ille
pliciss
ut vni
obilis:
ilis est
. conse
variaz
notus
Et tō
ille est
esse vt
nēfurā
mi mo
le. Nā
iui mo
: pōis.
diffi
is mo

nens per totum tempus. Quod quidem asserunt solū propter verbum Aristotele. loco modo citato text. 104. vbi ait. Ipsum autem nunc est quidem vt idem: est vero vt non idem. Et putant esse opinionem. S. Thome: quā tamen profecto nec ex Aristotele. nec ex S. Thoma (vel ego fallor) elicere possunt: sed est merum figmentū preter vtriusq; intentionē. Nam primum omnium verba Aristotelis manifeste huic opinioni aduersant. Non enim inquit q̄ aliud sit nūc/ quod est idem, et alia sint nunc/ numero diuersa: sed q̄ vnū et idem numero nunc est quodā modo vnum, et quodā modo plura. Quate- nus enim (inquit) in alio et alio est, diuersum est: quate- nus vero est id quod est, ipsum nūc idem est. Et subdit exemplum: sicut lapis qui per idem spacium mouetur, vnus est et idē re, perseverans in toto motu: sed est ali- et alius ratione, quatenus consideratur in alia et alia parte spacij. Idq; etiā confirmat exemplo Coriscij: qui idem est re dum est in foro, et dum est in Lycio, sola ra- tione differens. Et isti, vt Capreolus. sent. d. 2. q. 2. et alij Thomiste, non possunt fingere quid sit nūc perma- nens, nisi vnitas mobilis quod manet in toto fluxu tem- poris. Vnitas autem mobilis non dicit respectū proxi- mū ad tempus: tamen si sit causa vnitatis et continuita- tis motus: vt ait Arist. tex. 105. et illic a nobis expositū est. Et igitur planissimus sensus Aristotelis est q̄ quē ad modum punctū, motum per aliquam planiciem, a ma- thematicis fingitur facere lineā, ita existētia mobilis continuo fluens per omnes morulas quas mobile facit in spacio, intelligitur facere tēpus. Itaq; ipsa met exis- tentia mobilis, que in se considerata realiter est vna et eadem numero, considerata vt in diuersis morulis, est et dicitur plura instantia, sola ratione diuersa. Igitur si teneatur tempus esse accidens numero distinctū a mo- bili et motu, solum sunt ponenda infinita instantia nu- mero distincta, que cōtinuent partes temporis: et instans permanens solum appellanda est existētia mobilis: nō q̄ continuet partes temporis, sed q̄ suo fluxu ad imagi- nationē intelligitur facere tempus. Sicuti in linea nō ponimus, preter infinita puncta indiuisibilia, aliud pū- ctum in rei veritate fluens: sed punctū ipsum, quod est continuatiuū, suo fluxu, si per impossibile moueretur, ad imaginationem fingitur facere lineam. Si vero (qd nos opinamur) tempus non distinguitur numero a mo- tu et mobili, sed solum ad hunc sensum realiter q̄ est res alterius predicamenti a mobili (quam ego voco distin- ctionem formalem et quiditatiuā) tunc non opus est po- nere infinita instantia nūero distincta: s; ipsa met exis- tentia mobilis, sub illa ratione qua nunc est in aliqua mo- rula et momento, in qua nec immediate ante hoc fuit, nec immediate post hoc erit, est nūc indiuisibile presēs. Atqui illa ratio primi mobilis qua nūc per se peruehat in eodem loco et morula, sed semper succedit ac fluit a pre- terito in presens et a presente in futurū, est tēpus. Et hic est planus sensus illorum verborū Aristotelis eodē tex. 104. q̄ ipsum nunc sequitur id quod fertur, vt tem- pus motū. Id est, quē admodum tēpus se habet ad mo- tum, ita nunc ad mobile. Quod est dicere. Quē admo- dum mobile vnū et idē illa ratione qua est successiue et continue in alia et alia parte spacij (que sunt postione et situ priores et posteriores) habet rationē motus: ita existētia ipsius mobilis vna et eadem, in alio et alio mo- mento et morula (que sunt priores et posteriores dura- tione et ordine preteriti et futuri) est nunc ex cuius flu- xu fit tēpus. Et eadem est expressa sententia. S. Tho. 1. p. q. 10. arti. 4. ad secundū argumentū. vbi ait q̄ nūc temporis est idem subiecto in toto tēpore, sed differens

ratione: eo q̄ sicut tēpus respōdet motui, ita nunc tēpo- ris respondet mobili. Mobile autē est idem realiter to- to decursu temporis, sed differens ratione in quantum est hic et ibi. Et ista alternatio est motus. Similiter flu- xus ipsius nūc, secundū q̄ alternatur ratione, est tem- pus. Idcirco. Et eandē sententiā pretendit in illo opus- culo. 44. de tempore: si suum est. Itē vera nisi isti inter- pretes. S. Thome tā essent cupidi realitatum multipli- candarū: nō quererēt in. S. Tho. istas realitates, sicut nodum in scyapo. Et hinc patens est differentia inter tē- pus, eum et eternitatē: vt loco proxime citato docet. S. Tho. Eternitas enim per extremū opponitur tēpo- ri. Non enim solū consistit eternitas in hoc q̄ nec prin- cipium habeat nec finē: sed essentialiter in hoc consistit q̄ sit duratio quedam prorsus inuariabilis, et vnū nūc idē re et ratione permanens. Et propterea deus et quic- quid est in illo est eternus, q; nihil habere potest successi- sionis aut variabilitatis, sed totū suum esse et operatio- nes habet simul in se inuariabiliter. Eum autē est me- diū inter tempus et eternitatem. Est enim mensura res- rum que quantum ad suū esse et durationem sunt inua- riabiles: habent tamen operationes aliquas successiuas naturaliter annexas: aut corporales, vt celū: aut spiri- tuales, vt angeli. Hoc autē solum exempli gratia ad ex- plicandū naturam temporis dictū fuerit: non tamen vt de re theologica amplius addatur hic verbum, quo ve- rati discipuli conturbentur.

Tempus eū et eternitas.

¶ Sed restant contra hanc instantium. interpretationem argumenta parua ex Aristotele. Sit enim tex. 106. et expressius tex. 121. q̄ nunc temporis et diuidit partes temporis, et etiam continuat: sicuti punctum partes lineę. Et tex. 107. ait q̄ nunc nume- rat tempus. Et multa alia id genus: que vidētur sonare ista instantia numero distincta. Et respondeatur q̄ hec omnia et similia saluari possunt, posita distinctione ra- tionis, modo quo superius explicata est. Dicitur enim nunc temporis diuidere preteritū et futurū temporis: quia est terminus preteriti et initiū futuri: ad hunc sen- sum q̄ nunc res mobilis est in tali mora qua nec imme- diate ante hoc fuit nec immediate post hoc erit. Que q̄ dem consideratur vt quoddam indiuisibile secundū ra- tionem determinans preteritū et futurū. Est autem continuans, quatenus hoc indiuisibile consideratur vt vnum cōmune quo participant preteritum et futurum: nam continua sunt quorum vltima sunt vnum. Dicitur autē numerus, quatenus considerantur plura instantia quorum vnū fuit principium et aliud finis eiusdem tem- poris: vt eiusdem hore aut eiusdē diei. Hac enim ratio- ne multiplicantur instantia. Ad hanc normā totus tex- t⁹ Aristotelis facile potest intelligi: vt lat⁹ in cōmentis patet. Et ad. 4. principale argumentū satis res- ponsum est. Ad confirmationē vero, que est argumen- tum Aristotelis tex. 89. respondet ipse tex. 105. vbi dicit tempus et instans habere se conuertibiliter: scilicet si tē- pus est, nunc est: et si nunc est, tēpus est. Nihil. n. aliud docere vult illic nisi q̄ tempus simpliciter est, per hoc q̄ nunc indiuisibile continuans preteritum cum futuro est. Dicitur enim nunc dies hodierna esse: quia est nunc indiuisibile continuans successiōnē temporis, quod est in motu integro circulari primi mobilis. Et dicitur esse hora presens: quia idē nunc continuat partes talis due- rationis. Et ita proportionabiliter dicendum est de mē- se et anno: atq; adeo de toto tempore, a principio ad finem vsq; mundi.

Ad. 4. pñ

¶ Finis quarti physicozum.

Reuerendi patris Dominici

Soto Segobiensis theologi ordinis praedicatorum
super quintum physicoꝝ Aris-
totelis Questiones.

Text. x. Necessesse est tres esse motus &c.

Questio prima.

Utrum tres sint tantum
species motus.



Dest conside

ratione motus rei naturalis eiusque principiorum, causarumque, ac mensurarum. scilicet loci et temporis, in hoc quinto, ut in exordio commentorum dicebam, partitur philosophia motum in suas species. Estque disputatio hec tripartita: nempe de speciebus motus, de unitate et diuersitate motus: et de eius proprietate. Quibus prima quod de speciebus motus circa textum.

10. mouet hec. Et parte negatiua arguitur. Et primo ad uerum distinctionem quam philosophia statit text. 1. proponit, videlicet motum contingere, aut per accidens, aut ratione partis, aut simpliciter totum. Ad quod ratione partis mouet, simpliciter mouet: quoniam n. quis solus laborat pectore, cum illa pars sanatur, simpliciter de sanari apud oculos: nam simpliciter euadit sanus. Item qui est crispus sedes capillos, simpliciter est crispus: et qui est aquilus aut summus sedes nasus, simpliciter est aquilus aut summus: quia predicationes iste non possunt competere toti, nisi ratione istarum partium: quod mouet se eundem partem, simpliciter mouet. Et confirmatur, quod lingua loquitur, totus simpliciter loquitur, et qui pedibus ambulat et oculis videt, totus simpliciter ambulat et videt: quod moueri sedes partem est simpliciter moueri. Et confirmatur. 2. ex parte finis: res que mouet ad speciem, simpliciter mouet ad genus: ut qui discit mathematicas, simpliciter discit scientiam, que est genus ad mathematicam: et qui discit artem fruendam edium, simpliciter discit artem: tunc species est pars subiectiua, cuius totum est genus: quod. Et de parte integrali idem arguitur: ignis enim dum ascendit sursum versus zenith nostrum, simpliciter ascendit ad concavum lune, et tunc non ascendit, nisi ad unam particulam illius. Male ergo distinctum est moueri aut mouere sedes partem, contra moueri simpliciter, et moueri ad partem: contra moueri ad totum. De alijs duobus membris. scilicet de causa et effectu per se et per accidens supra canea est hic disputatio: quoniam quidam. 2. huius. 3. satis dictum est. Secundo principaliter arguitur contra id quod habet text. 3. videlicet solus subiectiua proprie moueri. Motus est fluxus quidam, et moueri nihil aliud videtur esse quam successiue et continuo aliter habere: scilicet quantitas que acquiritur aut interdit, in alteratione semper fluit, quatenus habet nouum et nouum gradum intensiōis: et pariter quantitas in augmentacione: quatenus semper crescit: et forma substantialis in generatione dum successiue extenditur subiectum versus moueri, postquam procedit semper a minori ad maiorem extensionem: quod non solum subiectum, sed transitus ad quem proprie mouetur. Tertio arguitur aduersus illud quod statim subditur text. 4. motum. scilicet et mutationem quacumque denominationari a termino ad quem. Motus localis non potius denominationari a termino ad quem, quam a termino a quo: nam termini sunt omnino eiusdem rationis: ut patet cum quis deambu-

lat: et potissimum id patet in motu circulari celi: cuius idem est terminus a quo et ad quem: primum enim mobile mouetur ab oriente in idem orientem. Et confirmatur. creatio denominationari a termino a quo: diffinit enim quod sit productio aliquid cuius ex nihilo: ergo non omnis motus sortitur speciem a termino ad quem. Quarto arguitur aduersus aliquid text. 6. quod ea que mouentur et mouentur per accidens sunt a scientia pretereunda. Fortuna est causa per accidens: et tamen de illa inter alias causas est scientia. ut. 2. lib. huius visum est: ergo mouentia et mota per accidens non sunt a scientia physica relinquenda. Quinto principaliter arguitur aduersus illud assertum textu. 7. quod generatio non est motus. In postpredicamentis distinguit philosophia. sex species motus: inter quas ponit generationem et corruptiōem: et lib. 3. huius text. 6. inter mobilia commemorat generationem. Sed ratione arguitur sic. Si generatio non esset motus, id esset, aut quia generatio non est successiua (cum successio sit de ratione motus) aut quia omnis motus est inter contraria, et substantie nihil est contrarium, ut habetur hic text. 10. neutrum istorum est verum: ergo generatio est motus. Probatur pars, prima minoris. Generatio ignis ex ligno (ut ad sensum apparet) fit successiue: immo et in generatione animalium (ut est in doctrina medicorum) successiue forma inducitur in materiam: prius enim cor uiuit quam pedes. Quod si dicas minimum naturale substantie in instanti produci, ut lib. 1. questione quarta dictum est, eadem ratione subsequitur quod nec alteratio sit proprie motus: nam minimum etiam caloris producitur in instanti: aut si non datur minimum (ut ibidem arbitrati sumus) saltem incipit esse calor in subiecto in instanti per ultimum non esse. Secunda pars eiusdem minoris probatur. In genere substantie est oppositio priuatiua: que ut habetur. 10. meta. text. 15. est prima contrarietas: omne enim genus diuiditur per duas differentias quodammodo contrarias: ut aial per rationale et irrationale: quod substantie aliquid est contrarium. Et confirmatur. 1. huius text. 67. docuit Aristoteles. principia generationis esse contraria, propterea quod priuatiua quodammodo contrariatur forme et per consequens terminus a quo, termino ad quem. scilicet non aer, (aeri) ergo generatio qua ex nonaere generatur aer non deficit a ratione motus ex defectu contrarietatis. Sexto contra id quod insinuat text. 9. et explicatur text. 10. Videlicet nullum esse motum nisi a contrario in contrarium, arguitur sic. Sequere augmentacionem non esse motum: nam quantitati nihil est contrarium. Et habet in predicamento quantitatatis. Et ratio est quod (ut lib. 1. q. 5. ostensum est) inter illas diuinas formas est contrarietas, que recipiunt magis et minus: quantitas uero non recipit magis et minus: cum non sit intensibilis. Et eadem ratione nec motus localis proprie est motus: quia cum locus sit de genere quantitatatis, nihil est ei proprie contrarium. Et confirmatur sequere quod motus circularis celi non esset proprie motus, quia non est inter terminos contrarios: immo est ab eodem in idem punctum. Itaque motus progressiuus aialis est in contraria. Et secundo confirmatur. sequere quod illuminatio aeris non esset motus, tunc quia non est a contrario in contrarium, tunc quia fit in instanti. Septimo et postremo di recte ad questionem arguitur. Refactio est motus et tunc necessarius motus localis, nec alteratiōis, nec augmentati (siquidem nihil illo motu aut maie ac crescit, aut forme: quod non sunt tres tunc motus species. In contrarium est assertum Aristoteles. in hoc text. 10.

